3 1761 08825331 5

Col. Col.
863
G10
1017

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/lexicongraecumil01apol

APOLLONII SOPHISTÆ
LEXICON HOMERICUM,
GRÆCE ET LATINE.

DUOBUS TOMIS:

TOMUS PRIMUS:

COL. COLL.
LIBRARY
N. YORK.

LGr
H766
.Za

Homer - Concordances & dictiona

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΛΕΞΙΚΟΝ.

APOLLONII SOPHISTÆ LEXICON GRÆCUM

ILIADIS ET ODYSSEÆ.

Primus e Codice Manuſcripto Sangermanenſi in lucem vindicavit, innumeris repurgavit mendis, allegata Homeri, & aliorum Poetarum, loca diſtinxit, indicavit, notis atque animadverſionibus perpetuis illuſtravit, & Verſionem Latinam adjecit, JOHANNES BAPTISTA CASPARUS D'ANSSE DE VILLOISON, Regiæ Inſcriptionum atque Humaniorum Litterarum Academiæ Pariſienſis Socius.

Cum Prolegomenis, Indicibus auctorum & vocum Homericarum, ac novem Tabulis æneis, in quibus omnes Codicis Manuſcripti litterarum formæ & compendia, atque amplum hujuſce ſcripturæ Specimen, repræſentantur.

Accedit, præter multa, huc uſque inedita, PHILEMONIS GRAMMATICI fragmenta, TERTII ILIADIS LIBRI PROSAICA METAPHRASIS GRÆCA, e duobus Codicibus Regiis ab eodem nunc primum eruta, cum notulis, & Variantibus Lectionibus Metaphraſiſque & tertii Iliadis Libri.

TOMUS PRIMUS.

COL. SOLL. LIBRARY NORTH.

LUTETIÆ PARISIORUM,
Sumptibus J. C. MOLINI, Bibliopolæ, apud quem proſtat, viâ dictâ *de la Harpe*, ſub Inſigni *Italiæ Litteratæ*.

M. DCC. LXXIII.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

ΕΘΝΙΚΗ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

PROLEGOMENA IN APOLLONIUM.

HABES hîc, lector erudite, noſtrâ qualicumque opellâ & curâ juvenili expolitum Apollonii, hactenus inediti, Lexicon Homericum. Quod quidem cum tandiu tenebris demerſum ſepultumque, ac paucis admodum doctiſſimis viris cognitum, huc uſque delituerit, quædam primo nobis dicenda ſunt de ipſomet Apollonio & ejus ætate, ac patre, & de autoribus obſcurioribus quos allegat, ac de iis qui hujus meminerunt; deinde vero, de unico Codice Manuſcripto ex quo deſcriptus fuit: poſtremo tandem nobis breviter agendum erit de ratione inſtituti quod in hoc publici juris faciendo ſecuti ſumus.

SECTIO PRIMA.

De Apollonio, ejuſque patre & ætate.

Cum plurimi ſcriptores ſub nomine Apollonii innotuerint, accuratâ de omnibus illis homonymis, quæ immenſa eſſet, diſquiſitione his ſuperſedebo de cauſis quibus Clar. Heſychii Editor, Johannes Alberti, ad id adductus fuit ut, quam prius mente agitaverat, eam deinde omitteret, de Heſychiis ὁμωνύμοις diſputationem: primum quidem, quod parum inde, aut nihil, lucis ad Lexicographum noſtrum redundaturum ſit; in primis vero, quod nobis in hâc parte otium fecerit, poſt Meurſium in *Syntagmate*

de Apollonîis, & in *Bibliothecâ Græcâ*, Voſſium, *De Hiſtoricis Græcis*, Jonſium, *De Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ*, & poſt Hendreichium, in *Pandectis*, Celeberrimus J. A. Fabricius *Bibliothecæ Græcæ* Libro III, capite XX, vol. II. p. 527---533. Editionis quæ prodiit Hamburgi anno CIↃ IↃCCVII.

Quæ vero proprie pertinent ad noſtrum Apollonium, Homeri Lexicographum, eorum ſolus meminit Suidas, ſubleſtæ fidei auctor, & quadrata rotundis miſcere ſolitus; qui, in noſtri Scriptoris vitâ jejunus ac malignus, id unum refert, eum fuiſſe ARCHEBULI, ſeu ARCHEBII, filium, & ſcripſiſſe, ordine alphabetico, *de dictionibus Homericis*. Hæc enim ſunt ejus verba: Ἀπολλώνιος, Ἀρχεβούλου, ἢ Ἀρχεβίου, ἔγραψε περὶ λέξεων Ὁμηρικῶν κατὰ στοιχεῖον.

De vero Apollonii patris nomine.

Ac primo quidem vides difficultatem oriri de vero hujus patris nomine, qui a Suidâ, ſibi parum conſtante, dicitur ARCHEBULUS, vel ARCHEBIUS, voce Ἀπολλώνιος; at, vocibus Ἀξίων ac Μετὰ, ab eodem Suidâ vocatur ARCHIBIUS. Quod ultimum unice verum puto ac retineo; cum & ſic habeant conſonantes, Heſychius, in Epiſtolâ ad Eulogium nuncupatoriâ, ipſius Lexico præfixâ, Photius, in Lexico Manuſcripto ab Alberti laudato, cujuſque apographum, e Codice ab Eduardo Bernardo Bodlejanæ Bibliothecæ donato, Clar. Kuſteri manu deſcriptum, Regia ſervat Bibliotheca, ac poſtremo Etymologici Magni auctor, in Ἀιζηός, pag. 32, l. 11. in Ἄλεσον, pag. 61, l. 31. ac in Νήφω, pag. 605, l. 33. ubi ſemper dicitur Ἀπολλώνιος ὁ Ἀρχιβίου. Facile, ob affinitatem vitioſæ pronuntiationis, in Ἀρχεβίου potuit mutari verum ac germanum Ἀρχιβίου nomen, quod præterea legitur de quodam medico Græco apud Lucianum in *Somnio*, ſeu *Gallo*, p. 710. Edit. Bourdelotii.

Quin & Fabricius, L. 3. c. 26. *Bibliothecæ Græcæ*, memorat antidota cujuſdam ARCHIBII medici. Hic autem citatur Galeno in libro *Antidotorum*, & libro quinto *Pharmacorum* κατὰ γένη; ac, teſte Plinio, ad Antiochum regem ſcripſit. Vide Fabric. & L. 6. c. 9. Et hoc quidem nomen, ob omen fauſtum, videtur fuiſſe multis medicis commune; cum contra ἈΡΧΈΒΙΟΣ nuſquam fere occurrat. Unde ſolum ac unicum Suidæ locum, ubi legitur ἈΡΧΕΒΊΟΥ, ex duobus aliis ejuſdem ſcriptoris, & tribus Etymologici Magni, ex Photio atque Heſychio, denique ex uſu ac conſuetudine Græcorum, qui frequentius ARCHIBIUS quam ARCHEBIUS vocabantur, fidenter corrige; & ἈΡΧΙΒΊΟΥ ita reſtitue, ut ne de ARCHIBIO quidem cogites, ac multo minus de ARCHEBULO, quem ſibi habeat Suidas.

Quis & qualis fuerit Archibius, Apollonii pater?

Nunc vero quum compertum habeatur quo nomine dictus fuerit Apollonii pater, cognoſcendum eſt quis & qualis extiterit, quamque diſciplinam profeſſus. Certe in eodem Suidâ, qui ſolus, quod merito dolendum, nobis facem præfert, de quodam Archibio, cujus & meminit Fabric. L. 3. c. 19. legitur eum Grammaticum fuiſſe, & Callimachi Epigrammatum enarrationem ſcripſiſſe. Sic autem loquitur: Ἀρχίβιος, Ἀπολλωνίς, Γραμματικός. Τῶν Καλλιμάχου ἐπιγραμμάτων ἐξήγησιν. Hæc quidem verba ſimpliciter indicare videntur hunc Archibium *filium* Apollonii fuiſſe; ſed Fabric. p. 50. ſeptimi vol. & infra pag. 51. (ubi de Archibio agit,) ac poſtremo in *Indice*, merito dubitare videtur *pater* ne an *filius* noſtri Apollonii fuerit ille Archibius. Sic enim dicit L. 5. c. 7. p. 50. 7. vol. » Apollonius Alexandrinus, Archebuli, » ſive Archibii, *pater* an *filius*, Auguſto imperitante cla» rus. Et infra p. 51. ejuſdem vol. » Archibius, Apollonii

An ille Archibius, Callimachi Interpres, pater, an filius, Apollonii fuerit?

» *filius*, vel *pater*, qui ἐξήγησιν Epigrammatum Callimachi » scripsit; Suidas. Attamen idem Fabric. L. 2. c. 5. expresse dicit Lexicon Homericum ab Apollonio Archibii *filio* concinnatum fuisse; & postea L. 3. c. 21. nostrum Lexicographum Archebuli, sive Archibii, *filium* diserte vocat.

Fortasse ideo dices Ἀρχίβιος Ἀπολλωνίου hic *Archibium Apollonii patrem*, non vero *filium*, significare; quod Suidas scripsit sine præposito articulo, Ἀρχίβιος Ἀπολλωνίου; pro quo Græci communius dicunt, Ἀρχίβιος ὁ Ἀπολλωνίου; cum *filium* cujusdam indicare volunt. Sed passim idem Suidas sic loquitur; & habet, Ἀρχίβιος Πτολεμαίου, *id est*, Archibius Ptolemæi *filius*, Ἀρχιγένης Φιλίππου, *scilicet*, Archigenes Philippi *filius*, & Ἀπολλόδωρος, Ἀσκληπιάδου, Γραμματικός, ut hîc legitur sine præfixo articulo Ὁ, Ἀρχίβιος, Ἀπολλωνίου, Γραμματικός. Unde videri potest τὸ Ἀρχίβιος Ἀπολλωνίου idem significare posse ac si scripsisset, Ἀρχίβιος ὁ Ἀπολλωνίου, *id est*, Archibius Apollonii *filius*. Præterea non ex *filiis*, sed ex *patre*, cujus nomen cum articulo præpositivo construebatur in genitivo, frequentius designari solebant Græci; aut genitivo addebatur vocabulum ΠΑΤΗΡ, ut in his ejusdem Suidæ verbis: Ἀπολλώνιος, Ἀλεξανδρεύς, ὁ κληθεὶς Δύσκολος, ΠΑΤΗΡ Ἡρωδιανοῦ. Quanquam non sum nescius & vocabulum ΠΑΤΗΡ aliquando omitti ac subaudiri. [1]

---

[1] Hoc & sic observavit Jonsius de *Scriptor. Hist. Phil.* L. 1. c. 2. cujus verba, quamvis longiuscula, hîc non possum non apponere: » Πτολεμαῖος, ὁ » Ἀριστόνικου, inquit Athenæus XI, 9. » Dalechampius male reddidit: *Ptolemæus, Aristonici filius.* Atqui *pater* » Aristonici erat Ptolemæus ille, teste » Suidâ: Πτολεμαῖος, Ἀριστόνικου Γραμματικοῦ ΠΑΤΗΡ, *Ptolemæus, Aristonici Grammatici pater.* Eodem modo, Κλεινίας, ὁ Ἀλκιβιάδου, *Clinias, Alcibiadis*, scilicet *pater*, apud Herodot. L. » IX. explicante doctissimo Meursio Lect.

Quod ſi in tantâ rerum caligine & nobis conjecturam modeſte ac timide proponere licet, nonne fortaſſe ſuſpicandum eſt hunc Archibium, Callimachi Interpretem, & Suidæ memoratum, patrem quidem fuiſſe noſtri Lexicographi, ſed filium alterius Apollonii qui fuit noſtri avus; unde

---

» Attic. VI. 12. Neque aliam interpretationem admittunt hæc Athenæi » XI. 15 : ἐν τῷ περὶ ἀνδρείας, Μελησίαν, » τὸν Θουκυδίδου ϑ' ἀνῃρεθισευταμένου Περικλεῖ, » καὶ Λυσίμαχον, τὸν Ἀριστείδου ϑ' δικαίου, τῆς » τῶν πατέρων ἀρετῆς ἀναξίους εἶναι φάσκων, » ſic reddenda. *Plato, Dialogo de fortitudine, Meleſiam, Thucydidis Pericli » adverſantis & Lyſimachum Ariſtidis » Juſti patres, majorum virtute indignos » tradit.* Conter Platonem Menone & » Lach. Sic Ὀλυμπιὰς ἡ Ἀλεξάνδρου *Olympias Alexandri* ſcilicet *mater*, apud » Ælianum, *Hiſt. Var.* XIII, 30. » *Hectoris Andromache*, ſcilicet *uxor*, » apud Virgil. (falſum exemplum, cum » referatur ad *connubia ſerves*; quod miror Jonſium fugiſſe.) Rarum exemplum eſt, ὁ ϑ' Παμφίλου, *Pamphili* ſcilicet *amicus*, Euſebius Cæſareenſis. Sed, » (quod hîc maxime notandum) ſubintelligitur quandoque *diſcipulus*. Παρθένιος ὁ τοῦ Διονύσου occurrit apud Athenæum X, 5. 15, 8. Male utrobique Interpres: *Parthenius, Dionyſii filius*. Rectius: *Parthenius, Dionyſii diſcipulus*: cum Dionyſius Παρθενίῳ τῷ Γραμματικῷ διδάσκαλος expreſſe dicatur » Suidæ in Διονύσιος. Ita Περσαῖος ὁ τοῦ Ζήνωνος, apud Dionem Orat. 53. eſt *Perſæus » Zenonis diſcipulus*. Κρατήτειος, ὁ ϑ' Κράτητος, inquit Suidas Κρατ. idque » reddendum: *Crateteus*, id eſt, *Cratetis diſcipulus, vel ſectator*. Δέξιππος ὁ » Ἰαμβλίχου occurrit in Simplicio ad » *Cathegorias*. Latine: *Dexippus Iamblichi diſcipulus*. Ἀριστοτέλης, ὁ Πλάτωνος, inquit Plutarch. *de Muſicâ*, id » eſt, ſi Latine vertamus: *Ariſtoteles » Platonis diſcipulus*. Sed forte & vox » *præceptor* ſub genitivo latet. Πτολεμαῖος, » ὁ ϑ' Ἡφαιστίωνος, legitur apud Suidam » Ἐπαφρόδιτος & Πτολεμαῖος, Photium » Ecl. 189. (190.) Viris doctis dicitur *Ptolemæus, Hephæſtionis filius*, vel *Ptolemæus Hephæſtion*. Neutrum probe. » Ego malim: *Ptolemæus, Hephæſtionis » præceptor*, vel, *pater*. Prolemæus enim » ille Chennus ſub Nervâ & Trajano; » Hephæſtion ſub Antonino Pio floruit.... Forte & hanc habent ellipſin iſta: Ἀπολλώνιος, ὁ Ἀσκληπιάδου, » Ἀσκληπιάδης, ὁ Ἀρείου, Διονύσιος, ὁ » Τρύφωνος, Δίδυμος Ἡρακλείδου. Hactenus Clar. Jonſius, cujus verbis dubium non ſolvi, ſed augeri, poteſt; cum ex iis manifeſte colligi queat hæc verba, Ἀρχίβιος Ἀπολλωνίου, pariter ſignificare poſſe Archibium Apollonii noſtri fuiſſe *patrem*, aut *filium*, vel *præceptorem*, vel etiam *diſcipulum*. Sic, apud Latinos, Cicero Acad. Quæſtion. L. I. c. IV, 13: *quæ contra Philonis Antiochus ſcripſerit*. Subauditur, *diſcipulus*.

Archibius Suidæ dictus eſt Ἀρχίβιος Ἀπολλώνιος, quomodo noſter Apollonius apud eumdem vocatur Ἀπολλώνιος Ἀρχίβιος: Et hoc quidem eo verisimilius videtur quo Græci frequentius avorum quam patris nomine vocarentur. Miltiadis pater & filius, Cimo, Periclis pater & filius, Xanthippus, dicebantur.

De aliis Archibiis. Memoratur apud Suidam & alter Archibius, Ptolemæi filius, Leucadius, vel Alexandrinus, Grammaticus pariter, qui uſque ad Trajani Imperatoris tempus Romæ docuit, quemque an ex eâdem gente fuerit, conſtituere non poſſimus. De hoc vide Fabric. L. 5. c. 5. qui & L. 2. c. 5. alium etiam Archibium Alexandrinum inter eos recenſet in Homerum ſcriptores quorum opera interciderunt; eumque alium facere videtur & ab eo Grammatico Leucadio, ſeu Alexandrino, qui fuit Ptolemæi, & a noſtro, qui fuit Apollonii, filius. De alio Archibio vide Plutarch. in *Anton.* p. 955.

De Patriâ & profeſſione Apollonii. Quod ſpectat ad noſtri Apollonii patriam, eum ſuſpicor fuiſſe Alexandrinum; (quod nullâ auctoritate fretus liquido tamen affirmavit Fabric. L. 5. c. 7.) aut ſaltem Alexandriæ vixiſſe: & Scholam Didymi, qui tunc maximâ laude florebat, & omnes hujuſce ætatis informavit Grammaticos, frequentando exornaviſſe. Sophiſta autem fuit; ut liquet ex titulo quem noſter Codex Mſ. præfixum habet, ubi diſerte legitur, Ἀπολλωνίου ΣΟΦΙΣΤΟΥ.

Apion Apollonii diſcipulus. Tempus, quo vixit, hinc definitur quod diſcipulum habuit, teſte Suidâ in Ἀπίων, celeberrimum Apionem.[1] Illum dico Didymi magni alumnum, Theonis Grammatici ſucceſſorem, quique ſub Tiberio & Claudio Romæ docuit, & adverſus quem Joſephus duos libros notiſſimos conſcripſit. Hujus

[1] Hunc, quod obiter notandum, Apollonius, qui recte ejus nomen ſciebat, ſemper cum Joſepho, & Athenæo L. 15. *Apionem* per unum ac ſimplex *pi* vocat;

autem de nomine, cognominibus, vitâ & ſcriptis, qui plura ſcire volent, ii, poſt Albertum, ad Heſychii Epiſtolam dedicatoriam, Havercampum, ad Joſephum, Suidam, Fabricium, in *Bibliothecâ Græcâ*, Voſſium, *De Hiſtoricis Græcis*, L. 2. c. 7. Meurſium in *Bibliothecâ Græcâ*, Jonſium, *De Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ*, Moreryum, in *Addendis* ad illius Dictionarium, & Baylium in ſuo, Tillemontium, *Hiſtoire des Empereurs, Tom. I.* ac poſt eum Fleuryum, in Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ, & poſtremo Cotelerium, *ad Patres Apoſtolicos, Tom. I.* alioſque bene multos, nuper confectam adibunt elegantiſſimam & doctiſſimam diſſertationem quam vir eruditiſſimus & vere πολυίστωρ, multiſque ſcriptis nobiliſſimus, Regiæ Pariſienſis Inſcriptionum atque Humaniorum Litterarum Academiæ Socius, Johannes *de Burigny*, ejuſdem Academiæ Commentationibus brevi inſerendam curabit.

Cæterum hîc diſſimulandum non eſt immortale Litterarum Græcarum decus, & omnis eruditionis portentum, Clar. Ruhnkenium, nunquam mihi ſine ſummâ veneratione nominandum, & cujus amicitiâ ac intimo commercio litterario publice ſuperbimus ac lætamur, in egregiâ ſuâ ad ſecundum Heſychii volumen præfatione, p. 5. Apionem Apollonii diſcipulum fuiſſe negare; quod, ut inquit, videat Apollonium Apionis auctoritate, pariter atque Ariſtarchi, Heliodori, & aliorum vetuſtiſſimorum Grammaticorum, Solvitur objectio.

---

cum contra idem Athenæus L. 7. (quem errorem ſolemnem eſſe Manuſcriptorum Codicum docet Tan. Faber *Epiſt.* L. 2. *Ep.* 19. p. 57.) Gellius *Noct. Attic.* L. 6. & Henricus Valeſius ad Euſeb. *Hiſtor. Eccleſ.* III. 38. p. 57. eum male *Appionem* per duplex *pi* nominent: & Alberti ad Hes. voce Θαλαμηπόλος, paſſim Ἀπωνίων, geminato Π, in Heſychii Lexico ejuſque titulo fuiſſe obſervet.

frequentiſſime uti in ſuo Lexico Homerico : unde ei diu ante Apollonium vixiſſe Apio videtur. Nam cum Apollonius, qui veteres fere unicos allegat, Apionem laudans, eum ſic in eodem honore ponat ac alios præſtantiſſimos & antiquos Criticos, id ipſum Clar. Ruhnkenio argumento eſt Apollonium ab Apionis ætate longius abfuiſſe, & ad eum, ut ad antiquum Scriptorem, provocare.

Sed hæc tanti viri objectio facile dilui ac ſolvi poterit, ſi probaverimus Apollonium vixiſſe tempore Dionyſii Thracis Alexandrini. Hic autem Romæ docuit Pompeii Magni ætate, ac diſcipulus fuit Ariſtarchi, & Tyrannionis prioris præceptor; &, teſte Suidâ, licet natus Alexandriæ, a patre Tero Thracis nomen habens, dictus quoque fuit Rhodius, ut nempe donatus Rhodiorum civitate, annotante Strabone in L. 14. ubi de hoc Grammatico videndus eſt, cum Etymologo Magno in Διόνυσος ὁ Θρᾷξ, Suidâ, Fabricio *Bibl. Græc.* Jonſio *de Script. Hiſt. Phil.* L. 1, 2. 3, 8. Meurſium in *Rhodo* & *Dionyſio, ſive de auctoribus iſtius nominis, eorumque ſcriptis libro ſingulari*, pag. 577. decim. vol. *Theſauri Græcarum Antiquitatum*, ac Voſſium *De Hiſt. Græc.* pag. 148. 174. & 175.

Apollon. ſub Auguſto vixit cum Dionyſio Thrace.

Liquido autem conſtat utroſque Grammaticos eâdem tempeſtate floruiſſe; cum Apollonii ſententia apud Etymol. Magnum p. 32. in Αἰζηός, confutetur a Dionyſio Thrace. [1]

[1] Dionyſius hìc allegatur ſub nomine appellativo antonomaſtico, quod eſt ὁ Τεχνικός; quemamodum eum ſic citari apud Euſtathium docet Fabric. L. 2. c. 3. p. 291. primi vol. & pag. 314. ac 327. ejuſdem vol. in Indice Auctorum ab Euſtathio allegatorum. Quod, puto, cognomen habuit ob ſuam celeberrimam Τέχνην γραμματικήν; cujus Commentatores, plus ſimplici vice, apud Euſtathium vocari τοὺς τῆς γραμματικῆς ἐξηγητὰς monet Fabric. L. 5. c. 7. qui ibidem inſigne & eximium illius excerptum ex apographo Holſteniano protulit.

Sic

Sic enim habet Etymologus Magnus: Ἀπολλώνιος ὁ Γ' Ἀρχιδίου τοῦ τοῦ ἰδίου τοῦτο εἶδεν αὐτὸ &c. πρὸς ὃν ἀντιλέγει ὁ ΤΕΧΝΙΚΟΣ, ὅτι &c. Jam vero cum Dionyſius Thrax, teſte Suidâ, Romæ docuerit Pompeii Magni tempore, ac laudaverit Apollonium; atque ipſemet Apollonius eumdem illum Dionyſium allegaverit in vocem Ἰόμωρος p. 438. noſtræ Edit. hinc certe neceſſario conſequitur eos coævos fuiſſe: hincque firmatur Fabricii ſententia, qui, L. 5. c. 7. dixit Apollon. Auguſto imperitante clarum extitiſſe. Et ſic Apollonius, qui ſub Auguſto floruit, diſcipulum habere potuit illum Apionem, quem Suidas docet fuiſſe alumnum Didymi Magni, ac ſub Tiberio & Claudio poſtea Romæ docuiſſe.

Apollonius Apionem, quamvis recentiſſimum & diſcipulum ſuum, laudare potuit, immo & debuit.

Qui autem Dionyſium Thracem, æqualem ſuum, immo & æmulum, & a quo confutatus fuit apud Etymol. ad partes tamen vocavit, quanto magis ſuum Apionem, quo diſcipulo ſuperbiebat, cujus eruditione, tanquam propriâ ac ſibi debitâ, gloriabatur, allegare potuit, immo & debuit? præſertim cum Apio, quamvis recentiſſimus, maximam tamen jam tum conſecutus eſſet famam; ut qui Africano apud Euſebium, L. 10. *de Præparatione evangelicâ*, vocatus fuerit περιεργόπαλος γραμματικῶν, Tatiano, in Oratione *ad gentes*, ἀνὴρ δοκιμώτατος, Gellio L. 5. c. 14. *litteris homo multis præditus, rerumque Græcarum plurimâ atque variâ ſcientiâ*, & L. 6. c. 8. *facili atque alacri facundiâ.* Et quod probat eum, dum viveret, in maximo honore fuiſſe, Seneca in Epiſt. 88. Libri primi, docet Apionem Grammaticum *ſub Caio Cæſare* (Tiberio) *totâ circumlatum eſſe Græciâ*, videlicet quaſi manibus geſtatum, & ut publicâ quâdam pompâ, quemadmodum ad hæc verba recte interpretatur Lipſius. Idem Seneca ibidem ſubjicit eum *in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatum;*

hoc est, explicante Fabricio L. 2. c. 5. *Bibl. Græc. ipsius Commentarios, & expositiones, aliorum scriptis in Homerum prælatos fuisse.* Quod certe maximum est; cum tot tantique viri, Aristarchi, Didymi, Zenodoti &c. &c. in Homero unice explicando, ante Apionem, desudavissent. Sin autem tantam adeptus est famam Apion, quem prius in Homerico Lexico citare potuit Apollonius, quam eum qui in Homeri nomen adoptatus alter Homerus vocabatur, quique, teste Plinio, palam prædicabat se evocasse umbras, ad percontandum Homerum quânam patriâ, quibusve parentibus genitus esset, non tamen ausus fuerat profiteri quid eum sibi respondisse diceret. Præterea, alterum Belgii, ac totius orbis litterati, decus, Clar. Valckenarius, in *Dissertatione de scholiis ad Homerum ineditis*, p. 148. hinc petendam rationem docet cur Apion præcipue toties advocetur a Grammaticis, qui (ut Apollon.) dictiones Homericas in Lexica congesserunt, quod Apion & Herodorus, sive, ut ait, Heliodorus, suis commentariis præcipue fuerint in singulis, quæ ab usu essent remotæ, dictionibus Homericis interpretandis occupati, & in adnotandis, e diversis Grammaticorum Editionibus, variis vocum lectionibus. Unde idem feliciſſimus Græcarum litterarum stator, dissertationis p. 149. addit Lexicorum Homericorum magnam sine dubio partem ex Apionis in Homerum Commentariis fuisse derivatam.

Certe si clarissimum illud lumen, doctissimus Ruhnkenius, cujus adoro vestigia, Apollonii Lexicon totum pervolvere potuisset, nunquam quæsivisset quomodo Apollonius Apionis, si recentior, immo ejus σύγχρονος ac discipulus sit, perinde ac vetustissimorum Grammaticorum, auctoritate uti possit; cum idem Apollonius æqualem suum Dionysium

Thracem laudet, alioſque bene multos ejuſdem ætatis, ut Archiam, cujus diſcipulus Epaphroditus Chæronenſis, teſte Suidâ, a Nerone uſque ad Nervam Romæ floruit, & Demetrium Ixionem, qui, ex eodem Suidâ, Auguſti Imperatoris tempore Pergami vixit.

Et in hoc quidem Apione citando, non vituperandum, aut mirandum, ſed potius laudandum eſt utiliſſimum Apollon. conſilium, qui has in principem Poetam celeberrimi Grammatici curas, quas, ut ait ὁ πάνυ Hemſterhuſius, apud Heſychium in Ἀδὶς, magni veteres fecerunt, nobis ex parte, & eâ quidem optimâ, conſervaverit. Præſtantiſſimum enim Apionis opus ſibi proprium fecit, meliora excerpendo, ſequiora rejiciendo, ac dubia accurate perpendendo; & magiſtri licentiâ uſus, ita diſcipuli ſui Lexicon in ſuum ſuccum ac ſanguinem convertit, & quaſi proprio jure vendicavit, ut eo prorſus amiſſo facile nunc carere poſſimus, atque novâ hâc Apollonii quaſi πολιγγενεσίᾳ ſublati Apionis deſiderium levemus. In quo quidem eo melius nobiſcum actum fuiſſe reputandum eſt, quod nullum ad nos, noſtramque ætatem, Apionis illius, tot ſcriptorum famâ inclyti, opus pervenerit. Quamvis, ut ait Plinius, in præfatione *Hiſtoriæ Naturalis*, immortalitate donari a ſe ſcripſiſſet, ad quos aliqua componebat; cum contra ipſe nunc unius ex ſuis operibus immortalitatem, ut & olim componendi facultatem ac doctrinam, Apollonio magiſtro diſcipulus, & in hujus Lexico unice ſuperſtes, acceptam referre debeat. Nam, quæ apud Fabricium, vol. 7. p. 50. leguntur extare in Codice Barocciano 119. Bibliothecæ Bodlejanæ, eæ ſunt, docente, p. 5. Præfat. ad ſecundum vol. Heſychii, Clar. Ruhnkenio, qui & illarum apographum ſibi comparaverat, gloſſæ

Apionis nihil, niſi in Apollon. ſupereſt.

Homericæ ſatis jejunæ, ad litterarum quidem ordinem digeſtæ, ſed Apionis nomen a recentiori manu Latinis litteris adſcriptum habent. Unde apparet nihil hodie Apionis ſupereſſe, niſi quod ab Apollonio noſtro relictum ſit; qui & plurimas nobis conſervavit ſententias & teſtimonia aliorum Scriptorum ac Grammaticorum, de quorum minus illuſtrium vitâ, ætate, patriâ & ſcriptis, ne tanquam cœlo delapſi videantur, paucis hîc nobis ita agendum eſt ut ſumma ſequentes faſtigia, & brevitati conſulentes, res maxime neceſſarias attingamus, ac in cæteris fontes adeundos indicemus & veluti digito commonſtremus; ne acta agere, aut omnino agenda omittere, videamur.

SECTIO SECUNDA.

De Auctoribus quos allegat Apollonius.

Herodorus. Apollonius, in Ἐπιδόταις μήλων p. 342. laudat *Herodotum*; ubi neceſſario, quemadmodum ibidem monuimus, lege *Herodorus*: qui Grammaticus Homerum illuſtraverat, quemque cum Apione frequenter conjungit Euſtathius. Sic enim habet ad Il. A. fol. 21: Ἀπίων καὶ Ἡρόδωρος, ὧν βιβλίον εἰς τὰ Ὁμήρου φέρεται. & paulo infra, ὡς ἐν τοῖς Ἀπίωνος καὶ Ἡροδώρου φέρεται. Et fol. 35. τὰ Ἀπίωνος καὶ Ἡροδώρου εἰς τὸν Ὅμηρον ὑπομνήματα. Quam ſæpe autem Apionis & Herodori in Homerum commentaria conjunctim laudentur apud Euſtathium, videre licet p. 308. primi vol. *Bibl. Græc.* L. 2. c. 4. in Indice Auctorum ab Euſtathio ad Homerum allegatorum, quem ibidem inſeruit Fabric. De hujus autem Herodori ſcriptis vide Voſſium, *De Hiſtoricis Græcis*, p. 374. Editionis quæ prodiit Lugduni

Batavorum anno CIↃ IↃ CL. Fabricium in *Bibl. Græc.* & Jonſium qui, *de Script. Hiſtor. Phil.* L. 4. n. 22. p. 255. Edit. Jenæ, anno 1716. hæc ſubjicit: » Quod ſi Apion ille, » quicum ſæpe apud Euſtathium citatur, eſſet Apion ille » Alexandrinus Grammaticus, eique æqualis fuiſſet, jam » ætatem ejus certam haberemus, quam alias ignoramus. Jam vero cum certum ſit hunc *Apionem* eſſe *Apionem illum Alexandrinum Grammaticum*, ac Herodorum poſt hunc non vixiſſe, cum ab Apollonio, qui hujus Apionis tempore vixit, laudetur, liquido conſtat Herodorum, Apollonium & Apionem, coævos fuiſſe. Et ſic Herodori ætate definitâ atque aſſignatâ, cum Clar. Ruhnkenio, qui ſolos veteres a noſtro laudatos credebat, mirari deſinimus quomodo (cum Herodorum recentiſſimum & minus celebrem laudaverit) Apionem illuſtriſſimum allegare potuerit Apollon. Vide & Jonſium qui L. 2. c. 11, 4. Herodori ætatem incertam eſſe dixerat, ac de eodem loquitur L. 1. c. 2, 4. & L. 2. c. 2, 5. eumque Heracleotem fuiſſe, cum Voſſio, obſervat.

Herodori ætas aſſignatur.

Vide & in Epiſtolam Heſychii ad Eulogium nuncupatoriam, animadverſionem Clar. Grævii, (ſi tamen illius fuit, quod recte negare videtur ibidem Alberti) ubi pro ἩΛΙΟΔΩΡΟΝ, legendum cenſet ἩΡΟΔΩΡΟΝ, quocum primo quidem facit Fabric. Bibl. Græc. L. 2. c. 5. art. 13. & art. 55. ſed a quo, ut eſt nunquam ſibi conſtans, diſſentire videtur L. 4. c. 35. De hâc autem nominum ἡμιώνων confuſione conſulenda, ſi tanti eſt, noſtra in Φοίβ. adnotatio, p. 834.

Heliodorus pro *Herodoro.*

Porro notandum eſt in Indice Auctorum a Tzetze ad Lycophronem laudatorum, quem, ex Editione ſecundâ Johannis Potteri deſcriptum, Bibliothecæ Græcæ L. 3. c. 16. inſeruit Fabricius, laudari ἩΡΌΔΟΤΟΝ τὸν Πυλιὸν, ad verſus

Herodotus pro *Herodoro.*

662. 1332. 1414. 1424. & 1432. Tu certiora edoctus, in Indice & Tzetze, quemadmodum apud Apollon. p. 342. pro Ἡρόδοτος, lege Ἡρόδωρος, cujus mentio frequens apud Scholiaſten Apollonii Rhodii. Enim vero Herodorus, quamvis Heracleotes, vocatur Ponticus in ejuſdem Tzetzis Chil. 2. Hiſt. 36. & apud Plutarchum in Romulo. Scilicet quod commentarium reliquiſſet de Macronibus, gente Ponticâ, Scythinis, ſive Scythenis, finitimâ; cujus commentarii ſecundum librum citat Apollonii Rhodii Schol. in Librum I. Argonaut. Quemadmodum ab Athenæo dictus eſt *Heracleotes*; non tam forte quod in hâc urbe natus eſſet, quam quod ſcripſiſſet de Heracleâ urbe, & de Hercule a quo nomen accepit Heraclea: cujus operis decimum librum laudat Stephanus in Γλῆτις, decimum ſeptimum Athenæus L. 9, 18. & ex quo excerpta ſunt quæ de Hercule refert Scholiaſtes Pindari, ad Olymp. 5. cujuſque meminerunt Clemens, L. 1. Stromat. & Plutarchus qui in *Quæſtionibus Romanis* Herodorum adducit. Præter Herodorum, Nymphis quoque & Promathides, Heracleotæ, de Heracleâ ſcripſerant; quorum trium unum aliquem Scholiaſtes Ariſtophanis ad Aves fol. 583. ubi de Sabazio deo agit, ſic citat: Τὸν δὲ Βάβυν ἔστιν ὁ Θεὸς, ὁ Ἡρακλεώτης περὶ Ἡρακλείας ἐν τῷ ΙΒ φησὶ, annotante Jonſio L. 1. c. 2, 4. Mihi vero hîc potius noſter Herodorus quam Nymphis aut Promathides, laudatus videtur. At recte a Jonſio reprehenſum puto Voſſium, qui Heracleotam quemdam Hiſtoricum ab Herodoro, & duobus aliis ſupra nominatis, diverſum facit L. 4. p. 514.

Herodorus Heracleotes dicitur, ut Ponticus.

Ariſtarchus

Citatur ab Apollonio & ille Ariſtarchus, cujus nomen in proverbium abiit, quotieſcumque de Criticis loquimur. Is, teſte Suidâ, habitatione Alexandrinus, natione vero Samothrax,

& patre Ariſtarcho natus, vixit Olympiade 156. atque ut, præter Suidam, Euſebius in Chronicis docet, tempore Ptolemæi *Philometoris*, cujus & filium erudiit. Fertur ſcripſiſſe ultra octingentos libros, eoſque tantum Commentariorum. Diſcipulus fuit Ariſtophanis Grammatici, & cum Cratete, Grammatico Pergameno, Pergami ſæpiſſime contendit. Diſcipulos habuit circiter 40. qui & Ariſtarchei vocati fuerunt. In Cypro, aquâ intercute laborans, mortem inediâ ſibi conſcivit; cum annos 72. vixiſſet, filioſque reliquiſſet, Ariſtarchum & Ariſtagoram, qui ambo ſtupidi fuerunt: quorumque prior venditus fuit, quem tamen Athenienſes redemerunt. Varie, ut annotat Meurſius in *Bibl. Græc.* citatur Ariſtarchus apud varios ſcriptores, ſed ſine ullo operis titulo. Ejus *Commentarium* in *Lycurgum Æſchyli* laudat Scholiaſtes Theocriti *Idyll. X.* & Commentarium in Sophoclis Tragœdiam *Nioben* commemorat Harpocration.

De hoc vide Suidam, Meurſium in *Bibl. Græc.* Menagium *Antibaillet* c. 25. Jonſium *De Scriptor. Hiſt. Phil.* non ſemel, ac præter alios bene multos, Fabric. qui de hujus emendatione Poematum Homericorum dixit L. 2. c. 2. & hujus *Canonum Theſaurum* commemorat L. 5. c. 7. atque alibi paſſim de eo loquitur.

Cum Ariſtarcho Apollonius ad partes quoque vocat ejus æmulum Cratetem Malloten qui, ex Suidâ, Timocratis filius, ac Philoſophus Stoïcus, cognomento vocatus eſt Homericus & Criticus, ob ſtudium rei Grammaticæ & Poeticæ. Æqualis fuit & æmulus Ariſtarchi, tempore Ptolemæi *Philometoris*. Eum Suidas narrat compoſuiſſe (ante Ariſtarchum, ut e Strabone colligit Fabric.) διόρθωσιν Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας ἐν βιβλίοις Θ. Hujuſce Critici meminit Varro L. 8. *de Linguâ Latinâ*, & Crates Mallotes.

eum vocat nobilem Grammaticum qui, fretus Chryſippo, homine acutiſſimo, a quo relicti fuerant ſex libri περὶ τῆς ἀνωμαλίας, his libris contra analogiam atque Ariſtarchum eſt nixus. Unde ſic loquitur Gellius L. 2. c. 25: » duo autem Gram» matici Græci illuſtres, Ariſtarchus & Crates, ſummâ ope, » ille ἀναλογίαν, hic ἀνωμαλίαν defenſitavit. Hunc ſuſpicatur Meurſius eumdem eſſe quem inter rei ruſticæ ſcriptores ponunt Varro & Columella.

Cæterum, quod notandum eſt, nulli unquam plus debuit Roma, quam illi Grammatico, qui eam primus Critices lumine colluſtravit. Nam, ut ait Suetonius in libro de *Claris Grammaticis*, primus, quantum opinamur, ſtudium Grammaticæ in urbem intulit Crates Mallotes, Ariſtarchi æqualis; qui miſſus ad Senatum ab Attalo rege, inter ſecundum ac tertium bellum Punicum, ſub ipſam Ennii mortem, cum in regione Palatii, prolapſus in cloacæ foramen, crus fregiſſet, per omne legationis ſimul & valetudinis tempus plurimas ἀκροάσεις ſubinde fecit, aſſidueque diſſeruit, ac noſtris exemplo fuit ad imitandum. Strabo dicit eum præceptorem credi Panætii, ac L. 3. p. 157. teſtatur Cratetem ad ſcientiarum præcepta Poetam exegiſſe, & in hoc omnes ingenii nervos contendiſſe ut Homer. ſcientiarum peritum oſtenderet. Quo pertinent & quæ ex Cratete in Ἄμμωνι p. 142. affert Apollonius.

De hujus autem vitâ & ſcriptis vide Fabric. in *Bibl. Græc.* Jonſ. *de Script. Hiſt. Phil.* Voſſium *de Hiſtoric. Græc.* L. 3. Meurſium in *Bibl. Atticâ*, qui, annotante Clar. Kuſtero ad Suidam, cum ejus libros recenſeret, omiſit opus περὶ λιμένων, quod laudatur Euſtathio ad Odyſſeam. Ab hoc Cratete Mallote, cujus meminit Meurſius in *Bibl. Attic.* alium

Pergamenum

Pergamenum, quem, non expreſſo operis titulo, allegat Plinius L. 7. c. 2. male, ut opinor, diſtinguunt idem Meurſius in *Bibl. Græcâ*, & Voſſius *De Hiſtor. Græc.* L. 3. Cum & Crates, quamvis Mallotes, dictus fuerit & Grammaticus Pergamenus: quod, teſte Suetonio, ab Attalo Pergamorum rege miſſus fuerit, ac, docente Suidâ in Ἀρίσαρχος, cum Ariſtarcho Pergami ſæpe contenderit. Unde non alius cenſendus eſt ab eo Cratete Pergameno a quo Indos, qui centenos annos excedant *Gymnetas* appellari obſervat Plinius.

Cratetes Comici.

Apollon. in Ἀπριάτην, p. 186. allegat Cratetem Comicum. Sed cum duo, ejuſdem nominis, Suidæ, Meurſio in *Bibl. Attic.* ac Fabric. *Bibl. Græc.* L. 2. c. 22. memorati cognoſcantur Comici, eum credo fuiſſe ab Apollonio laudatum, qui Athenienſis, & Comœdiæ veteris Poeta, Cratinique æqualis, ac ejus primum hiſtrio, ſcripſit Comœdiam Ἥρωες dictam, cujus meminit Suidas in Ἀθάρα, & ex quâ excerpta puto hæc Cratetis verba, ἥρως ἀπριάτης, quæ apud Apollon. p. 186. leguntur.

Zenodotus.

Jam vero ab Ariſtarcho, Homeri emendatore, & ejus æmulo Cratete, neceſſario pergendum eſt ad Zenodotum, cujus Editio ac recenſio ut, temporis ratione, Ariſtarcheâ prior eſt, ſic & dignitate ac præſtantiâ, & denique veterum opinione, inferior; quemadmodum annotat Fabric. L. 2. c. 2.

Is, teſte Suidâ, Epheſius fuit, poeta Epicus & Grammaticus, diſcipulus Philetæ, ac magiſter Ariſtophanis Byſantini Grammatici; nec non &, ſub Ptolemæo Lagidâ, præfuit Alexandrinæ Bibliothecæ: primuſque, ex eodem Suidâ, Homerum emendavit; ſi tamen excipias, cum Kuſtero, Ariſtotelem, qui ſcripſerat Homeri διόρθωσιν, quæ & ἐκ τῆς πάρθηκος dicta eſt, cujuſque auctores fuerunt Alexander Magnus cum

Anaxarcho, teſte Strabone L. 13. Zenodotus autem multos Homericos verſus partim correxerat, partim pro ſpuriis rejecerat; unde hujus, ut & Ariſtarchi, nomen in proverbium abiit. Nam, apud Sueton. *De Claris Grammaticis*, Bibaculus in Catonem exclamat cap. 11:

En cor Zenodoti, en jecur Cratetis?

Interdum confutatur ab Euſtathio, a noſtro Apollonio, qui eum, quæ ignoraret, ea emendaſſe bis dicit, a Porphyrio *in Quæſtionibus Homericis*, & ab Ammonio in Οὐδεὶς. Hunc quoque allegari a Stephano in Δωδώνη, a Tatiano, aliiſque, docet Fabric. L. 2. c. 2. ubi & alterius Zenodoti Alexandrini junioris opera recenſet, & L. 4. c. 34. in quo dicit Zenodoti Λέξεις ἰδιωτικὰς memorari apud Galenum in Gloſſis Hippocrateis, vocibus πίζειν ac πέσσειν. Citatur apud Apollon. in Ἀχιλλεύς p. 34. & Φηγεύς p. 840. ac poſtremo in ζῶσαι p. 384. u bquod ſuo loco monere prætermiſeramus, pro Ζηνόδωρος, lege Ζηνόδοτος; quemadmodum & in Scholiis ad Lucianum T. 2. p. 4. Ζηνοδότου pro Ζηνοδώρου reſtituit Fabric. *Bibl. Græc.* L. 2. c. 5. Hìc quoque vide noſtram in Φοίβου annotationem, ac de Zenodoto conſule Jonſ. *De Script. Hiſt. Phil.* L. I. 18, 5. ac II. 10, 2. & Voſſium *De Hiſt. Græc.* p. 71. Nota autem nullum Zenodorum ſcriptorem, niſi Mathematicum, cognoſci; de quo vide Fabric. L. 3. c. 23.

Timogenes, ſeu Timigenes.

Apollonius in Ἄρτυιαν adducit τιμογενοῦς cujuſdam Timogenis, de quo nuſquam alibi mentio: huncque Apollonii locum, apud Heſ. in eamdem vocem Ἄρτυιαν, pag. 549. ad partes vocat Clar. Alberti, qui hoc Timogenis nomen & opus *bene notandum* indicavit, ex quo eadem verba hauſit Clar. Valckenar. in *Diſſertatione de Scholiis in Homerum ineditis*. Sed fortaſſe pro *Timogenes* legerem

Timagenes: ac illum, de quo Suidas loquitur, intelligerem regii argentarii filium, Alexandrinum Oratorem, vel, ut quidam aiunt, Ægyptium; qui, Ptolemæi Dionyſii tempore, ſub Pompeio Magno bello captus, Romam a Gabinio ductus eſt, & a Fauſto, Syllæ filio, redemptus, Romæ docuit eloquentiam, cum ſub ipſo Pompeio, tum poſt ipſum, ſub Cæſare, & poſtea Triumviris, ac ulterius fortaſſe, ut inquit Voſſius. Cum autem, ob dicendi licentiam, ſcholâ excidiſſet, in prædio, quod Tuſculanum vocabatur, vitam tranſegit, ac poſt cœnam vomere volens, ſed, cibo exitum non inveniente, ſuffocatus, obiit Dabani; hæc autem civitas erat Oſrhoenæ, in Meſopotomiâ præfecturæ, inter Euphratem & Chaboram fluvium.

Sed mox alterius Timagenis ſic meminit Suidas: » Timagenes Hiſtoricus totius maris *Periplum* libris 5 ſcripſit. Deinde addit: » Timagenes, ſive TIMOGENES, Mileſius, » Hiſtoricus & Orator. Scripſit de Heracleâ Ponticâ, & » claris ejus urbis viris, libris 5. Item epiſtolas.

Incertum autem utrum ad unumne ex illis Timagenibus, ſive Timogenibus, an ad alium plane diverſum referendæ ſint hæ Metaphraſes Homericæ, ab Apollonio laudatæ. Porro Timogenem Hiſtoricum, Suidæ memoratum, diſtinguit Voſſius *De Hiſtor. Græc.* a Timagene Rhetore Alexandrino, cujus mentio apud utrumque Senecam. Diſſentit tamen a Voſſio Clar. Bonamy, qui plura docebit de Timagenum ſcriptis & nominum confuſione, in peculiari de his diſputatione, quam reperies p. 36. & ſequent. 13. vol. Regiæ Inſcriptionum atque Humaniorum Litterarum Academiæ Commentationum; ubi adde notitiam hujuſce operis ab Apollonio laudati, ſcilicet Metaphraſeos Homericæ, quæ virum

Clar. non potuit non latere, cum Apollonii Lexicon non vidiſſet; niſi tamen hæc ſit alterius cujuſdam Timogenis, a Timogenibus cognitis plane diverſi. Alius autem & Timogenes memoratur apud Gruterum fol. MXCIX. Vide Fabric. & Jonſ.

Apollonius Charidis (seu Charis) filius.

Citat & noſter Apollonius alium Apollonium, quem bis *Charidis* filium vocat, quique allegatur in Scholiis ad Ariſtophanis *Veſpas*, verſ. 1190. ubi dicitur ὁ Χαριδῶν, pro Χαριῶν, quod legitur in Apollonio. Certe cognoſcitur quidam Chæris Grammaticus, quem allegat Scholiaſtes Ariſtophanis in *Ranas*, & inter Commentatores Pindari recenſet, ac non ſemel memorat hujuſce Poetæ Scholiaſtes ad Pyth. Od. 4. & ad *Nemeorum* Od. 1. Alius autem fuit, quem, referente Meurſio in *Bibliothecâ Græcâ*, inter poetas annumerat, Demetrium Phalereum ſecutus, Iſaacius Tzetzes in *Prolegomenis ad Lycophronem*. De Apollonio autem Chæridis filio nihil præterea ſcriptum reperire potui. Hujus, poſt Ariſtophanis Scholiaſten, meminit Fabric. L. 2. c. 21. & 3. c. 21.

Archias.

Laudat & Archiam Grammaticum Alexandrinum, de quo vide Fabric. L. 5. c. 7, 15. & Suidam, in Epaphroditum Chæronenſem, qui hujus Archiæ fuit alumnus & diſcipulus, Romæque floruit a Nerone ad Nervam uſque, ac de cujus ſcriptis Kuſterus ad Suidam videndus. Unde ſub Auguſto potuit vivere ille Archias, Apollonio æqualis, a quo inſtitutus & enutritus fuit Epaphroditus.

Antigenes.

Allegat & quemdam Antigenem, quem Grammaticum non cognovimus. Fuit quidam hoc nomine Hiſtoricus, a Plutarcho laudatus in Alexandr. p. 691. Sed de hoc dubitare videtur Fabric. L. 3. c. 7. an ille ſit cujus meminit idem Plutarchus pag. 703. quemque laudat Plinius. Duos Antigenes medicos

memorat Fabric. L. 6. c. 9. An legendum Ἀρχιγόνης, qui apud Euſtathium Grammaticus citatur?

Auctoritate utitur & Comani Grammatici, Homerum interpretati, qui & allegatur apud Apollonium Dyſcolum Alexandrinum, temporibus Hadriani & Antonini Pii Alexandriæ florentem, ac Herodiani patrem. Hic autem Comanum citavit p. 149. Editionis Wechelianæ libri περὶ συντάξεως τῆς τοῦ λόγου μερῶν, cujus operis meminit Suidas. Unde etiam ſi nullo alio argumento definita conſtaret Apollonii ætas, ſaltem hinc neceſſario colligi poſſet eum ante Hadrianum vixiſſe; cum ipſe alleget Comanum ab altero laudatum Apollonio, qui ſub Hadriano vixit. Comanus.

De Sidonio, quem & citat, nihil compertum habeo; niſi ſit Sidonius ille quem in Homerum ſcripſiſſe colligitur ex Etymologo p. 124. in Ἀπὸ ſic loquente: ὅθεν ὁ Σιδώνιος μέμφεται Ἀριστάρχῳ, μὴ ἐγκλιτικῶς ἀναγινώσκοντι τὸ, πρόσθεν ἔπειτα φεύγοντα; ubi vides eum in hoc loco adverſari Ariſtarcho. Idem laudatur ad Iliadem O. 229. in excerptis Scholiorum veterum, quæ ex Codice Aloyſii Alemanni protulerunt anno 1689. Cantabrigienſes Iliadis Editores. Quidam Philoxenus Sidonius apud Euſtathium ad partes vocatur p. 579. Edit. Romanæ. At p. 966. ac 1017. ſimpliciter vocatur Sidonius, quemadmodum & in Scholiis Pindari. Sidonius.

Sine nomine affert teſtimonia Lexicographorum. Nam & plures jam tunc temporis extitere, & ii præſertim qui voces Homericas ordine Alphabetico diſponerent. Lexicographi.

Apparet ex Athenæi Libro nono, p. 383. Edit. Cauſaubon. Philetam Grammaticum, Criticum, ac Ptolemæi Philadelphi præceptorem, de quo Suidas & Voſſius L. 3. Inſtitut. Poet. p. 52. ſcripſiſſe Gloſſas Homericas. Nam citat Athenæus Philetas.

verſus Comici *Stratonis* in *Phœnicide*, ubi inducitur homo conquerens de coquo, qui ipſum alloqueretur vocibus Homericis, ac diceret μίρμηκας, δαῖτυμων, ἀρυμετώπων, μῆλα, ὀλοχύτας, πηγος, μίσυλλε, δίπτυχα, ὀβελους &c. Quod cum non intelligeret herus, quamvis Græcus, ſed in Poetis, quaſi alienâ linguâ locutis, plane hoſpes & peregrinus, exclamat:

——— Ὥς τε με
Τῶν τῦ Φιλήτα λαμβάνοντα βιβλίων,
Σποπεῖν ἕκαστά τί δύναται τῦ ῥημάτων.

Ibi quidem pro *Strato*, nomen *Strattidis*, qui fuit Comœdiæ veteris Poeta, & pro Φοινικίδης merito Fabric. L. 2. c. 22. *Bibl. Græc.* legit Φοινῖσαι; quæ ejuſdem *Strattidis* fabula laudatur apud eumdem Athenæum L. 4. & 14. apud Pollucem L. 9. c. 7. & L. 10. c. 47. & Erotianum in Λεσηρίδης; cum contra in Suidâ male habeatur Φοῖνιξ. Philetam porro Gloſſarum Homericarum auctorem, quod ex hoc loco conjici poteſt, Clar. Fabricii accuratiſſimam diligentiam fugiſſe miramur; qui ne hujus quidem meminit L. 2. c. 5. ubi agit de *Commentariis in Homerum, variiſque ſcriptis eum ſpectantibus quæ interciderunt.*

Philoxenus. Quin & Philoxenus, Grammaticus Alexandrinus, Romæ clarus, qui, teſte Suidâ, ſcripſerat περὶ σημείων τῦ ἐν Ἰλιάδι, ſive, *de obelis & aliis notis Criticis quibus Grammatici in Iliade uſi ſunt*, &, docente Etymol. περὶ Ἰλιάδος ἀλφαβήτου, opus ediderat & περὶ τῦ παρ' Ὁμήρῳ γλωσσῶν, *de vocibus obſcuris & peregrinis apud Homerum.* Cujus operis epitomen, uno libro conſtantem, compoſuit Ælius Serenus, Athenienſis, eodem Suidâ referente in Σερῆνος. Legi & hodie nonnulla Philoxeni hujus in Gloſſariis editis ab Henrico Stephano,

Ælius Serenus.

Vulcanio & Labbæo, ac Philoxeni Commentaria in Odysseam laudari a Stephano Byz. in Δωδώνη, docet Fabric. L. 2. c. 5. quem tamen vide & L. 5. c. 40. Longinus, teste Suidâ, aliquid prodiderat περὶ τῆς παρ' Ὁμήρῳ πολλὰ σημαινουσῶν λέξεων. Longinus.

Basilides Grammaticus, (quem in *Bibl. Græc.* male confundit Meursius cum Basilide Hæretico, cujus Ἐξηγητικῶν librum 23. citat Clemens Alexandrin.) referente Fabric. L. 5. c. 7. scripserat περὶ λέξεως Ὁμηρικῆς. Cujus libri epitomen concinnavit Cratinus, teste Etymol. Magno in Ἀειζηλῶς, apud quem etiam Lexicon Iliadis, & Lexicon τῆς Α Ἰλιάδος, vocibus Λαὸς & Τάλαιον, citantur. Apionem quoque Lexicon Homericum composuisse, ex nuncupatoriâ Hesychii ad Eulogium Epistolâ certum apparet Clar. Ruhnkenio. Si autem, vigente adhuc & florente Linguâ Græcâ, tot tantique in Homerum Glossatores, Lexicographi atque Commentatores, extiterunt, quid nunc de illius auctoris difficultate existimandum est, quem hodie adeo facilem ac planum plerique censent, ut & ab hoc Linguæ Græcæ studium auspicentur; cum tamen, ut recte ait Casaubon. divinum illum Poetam non omnes intelligant? Basilides. Cratinus. Lexica Iliadis.

Utitur Apollonius & testimonio Apollodori Grammatici, qui, ex Suidâ, fuit Asclepiadis filius, unus ex Panætii Rhodii Diogenisque Babylonii, Philosophorum Stoicorum, & Aristarchi Grammatici, discipulis; primusque usus est versibus illis qui *Tragiiambi* vocantur, floruitque sub Evergete secundo. Hujus servantur Bibliotheces libri tres, cum olim multo plures fuissent. Scripserat & Chronica, quorum crebra apud Diogenem Laertium mentio, & quæ produxit ad annum ab Ilii excidio 1040. *hoc est,* Olympiad. 158, 4. Ea autem dicavit Attalo secundo, Pergami regi, qui Apollodorus.

obiit Olympiad. 160, 3. ante Christum natum 238. Apollodorus citatur ἐν τῇ καταλόγῳ a Stephano Byz. & Strabone L. 14. ac Schol. Apollonii Rhodii, in L. 3. Hoc opus in duodecim libros distributum cum laudibus allegat Eustath. ad Il. B. Primum librum citat Stephanus in Ἄργισσα, & in πλαταμών. Secundus ad partes vocatur a Strabone L. 7. & a Johanne Tzetze Chil. 7. Quintum laudat Athenæus L. 3. septimique meminit idem Stephanus. Et hunc, credo, *navium Catalogum* respicit Apollonius, Apollodorum cum citat. Cætera autem quæ de hujus Apollodori vitâ & scriptis a nobis dici potuissent, post Scipionem Tettium, Johannem Meursium, Gerhardum Johannem Vossium, & Johannem Jonsium, occupavit Fabric. L. 3. c. 26.

Alter Apollodorus. Porro notandum est fuisse & alterum, inter multos alios, Apollodorum Cumanum qui, teste Clement. Stromat. L. 1. primus Critici nomen introduxit, & Grammaticus appellatus est: πρῶτος δὲ Κριτικὴν εἰσηγήσατο τὄνομα, καὶ Γραμματικὸς προσηγορεύθη.

Heliodorus Heliodorus ab Apollonio quoque adducitur, ut a Suidâ, & ab Hes. in Epistolâ ad Eulogium nuncupatoriâ, ubi ejus nomen sollicitatur a Græv io, Ἡροδώρῳ pro Ἡλιοδώρῳ legendum censente; nisi potius amplectenda sit Clar. Alberti ad hunc locum coniectura. Varios Heliodoros recensent Meursius in *Bibliothecâ Atticâ*, & Fabric. in *Græcâ*, L. 5. c. 6. qui & L. 4. c. 35. docet fuisse complures Grammaticos Heliodoros. Noster vero, per temporis rationem, non alius forte *quibusdam* esse videatur quam qui ab Horatio L. 1. Satyr. 5. versu 3. vocatur *rhetor Heliodorus, Græcorum longe doctissimus*, ubi pro *longe*, alii legunt *linguæ*; quod, quidquid contra opponat Lambinus, retineri ac dici possit; cum Heliodorus, quamvis natione Græcus, ob hoc laudari potuisset

potuiſſet ab Horatio, quod Græcæ linguæ ſcientiam maximam haberet; quippe qui, eruditiſſimus Grammaticus & Homeri Interpres, ea Græcæ linguæ, veluti intimis penetralibus ac receſſibus abdita, cognoſceret, in quibus cæteri Græci plane hoſpites ac peregrini eſſent. Certe non poſſumus cum Fabricio ſuſpicari per noſtrum Heliodorum, & ab Heſ. laudatum, intelligendum eſſe Heliodorum Sophiſtam, qui Hadriano imperatori ab epiſtolis fuit, cum ſic ab Apollonio citari non potuiſſet. Quanto potiori jure hæ expoſitiones Homericæ referendæ ſunt ad Rhetorem, Græcorum longe (ſeu *linguæ*) doctiſſimum, qui tempore Horatii vixit, eoque familiariter uſus eſt!

Citat & Cleanthem, Phanii filium, ut Diogenes Laertius ac Suidas ſcribunt, ex Aſſo oriundum, quæ erat urbs Lyciæ, cujus meminit Strabo L. 13. & Stephanus *de Urbibus*. In hâc urbe admirabilem Cleanthis ſtatuam Senatûs Romani decreto Cleanthis honori dedicatam vidiſſe ſe teſtatur Simplicius, Capit. ultimo in Epictet. Enchirid. recte a Menag. ad Laert. emendatus. Cleanthes primo pugil fuerat; ut teſtantur Suidas, & Antiſthenes, in libro *de Succeſſionibus* (ἐν διαδοχαῖς) a Diogene Laertio laudatus. Athenas, ut aiunt quidam, quatuor cum drachmis profectus, cum ſe ad Zenonem contuliſſet, conſtantiſſime philoſophatus eſt, eademque decreta tenuit; ac Zenonis ſucceſſor fuit. Suidas tamen adfirmat eum primo Cratetis diſcipulum fuiſſe, ac deinde magiſtrum Chryſippi Philoſophi Solenſis & Antigoni regis. At Clemens Alexandrin. Στρωμ. L. 1. docet Zenonem ipſum, non vero Cleanthem, Cratetis diſcipulum fuiſſe, hujuſque Zenonis in locum ſucceſſiſſe Cleanthem noſtrum, a quo ſchola relicta fuit Chryſippo. Unde falſus eſt Valer. Maxim. qui contra, L. 8. c. 7. Cleanthes.

Cleanthem Chryſippi diſcipulum facit. Adeo laborioſus fuit ut alter Hercules vocaretur. Cum enim, teſtibus, Suidâ, Diogen. Laert. Valer. Maxim. L. 8. c. 7. & Senec. Epiſt. 44. non haberet unde vitam toleraret, noctu mercede conductus aquam ad hortos irrigandos hauriebat, interdiu vero litteris vacabat ac diſciplinis; unde etiam dictus eſt φρεάντλης. Sic vero mortuus eſt: cum ejus extima gingiva tumefacta putreſceret, jubentibus medicis, duos dies cibo abſtinuit; jamque ei ſic melius erat ut medici omnia quibus ille uti conſueverat, permitterent: quod ille non ſuſtinuit; ſed, cum ſe jam multum viæ proceſſiſſe diceret, reliquis quoque diebus ita conſumptis mortuus eſt: cum quidem, ut aiunt nonnulli, annos octoginta vixiſſet, Zenonemque annis novem & decem audiviſſet. De hujus operibus ac vitâ vide Diogenem Laertium L. 7. & ad eum Menag. Suidam, Fabric. vol. 2. p. 395. ac Voſſ. *De Hiſt. Græc.* p. 99. L. 1. ac Jonſ. *De Script. Hiſt. Phil.* & Meurſium in *Bibl. Græc.* A Cicerone Acad. Quæſt. L. 4. vocatur majorum gentium Stoicus. At vero a Plutarcho, in libro *De audiendis Poetis*, reprehenduntur Cleanthes, & ejus diſcipulus Chryſippus, ut pote Homeri quædam frigidius interpretantes. Cujus certe generis ſunt quæ e Cleanthe in Μῶλυ affert noſter Apollonius, quæque deſumpta puto ex ejus libro qui, teſte Diogen. Laertio, inſcribebatur περὶ ποιητῶν; ubi incerti ſunt Menag. ac Fabric. de Homerone agatur, qui κατ' ἐξοχὴν *Poeta* apud Græcos appellatur, ut apud Latinos Virgilius, an potius, *de officio Poetæ;* quod ſuadent hæc Clementis Alexandrini in Στρωματ. verba: ᾗ ἡ Κλεάνθης δὲ ὁ Στωϊκὸς φιλόσοφος ΠΟΙΗΤΙΚΗΝ ὧδε πῶς τι ὅμοια γεγράφει. Scripſerat quoque & librum πρὸς Ἀρίσταρχον. Et in alterutro ex duobus iſtis libris, vel in utroque, quædam Homeri loca interpretari

potuit; unde & in Scholiis minoribus ad Homer. laudatur.

Demetrius Ixion.

Laudat & Demetrium cognomento Ixionem, Grammaticum Atramyttenum, ſeu Adramyttenum, qui Auguſti Imperatoris tempore Pergami vixit, &, ſecundum quoſdam, referente Suidâ, Ixion ideo vocatus eſt quod deprehenſus fuiſſet in furto quo aureas bracteas ſimulachri Junonis Alexandrinæ ſurripere conabatur. Quod tuetur Heſ. Mileſius, dum dicit: Δημήτριός τις ἕτερος Ἰξίων ἐπικληθη διότι λεπίδας χρυσᾶς κλέψαι ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῆς Ἥρας ἀγάλματος ἐφωράθη. Unde explicatur Diogenes Laertius qui, L. 5. eum dicit ſic vocatum fuiſſe, ἀφ' τὸ ἀδικῆσαί τι δοκεῖν περὶ τὴν Ἥραν, *id eſt*, ut vertit Latinus Interpres, *quod in Junonem neſcio quid admiſiſſe viſus eſt*, vel, ut in *Bibl. Græc.* interpretatur Meurſius, *quia injuriâ affeciſſe Junonem videbatur.* Alii, ut Suidas, dicunt eum hoc cognomen habuiſſe quod Euripidio Philotimo Ixionem fabulam abſtuliſſet; aut quod cum Ariſtarcho magiſtro contendiſſet, quemadmodum Ixion adverſus Deos qui ipſum beneficiis affecerant ſe ingratum præbere non dubitavit. Scripſerat de verbis in MI, de pronominibus, atque Commentarium in Homerum & Heſiodum. Ἐν τῶν Ἀτθικῶν λέξεων citatur a Scholiaſte Ariſtophanis ad *Aves*, &, abſque nomine operis, ad *Ranas*, & ab Athenæo, L. 9. c. 11. ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων ἁλώσεως, & L. 3. c. 1. ἐν πρώτῃ ἐτυμολογημάτων, ac L. 2. ἐν ἐτυμολογίᾳ, & ab Euſtathio quoque allegatur. De hoc Grammatico vide Suidam, & ad eum Kuſter. Fabricium & Meurſium *in Bibl. Græc.* ac Menag. in Diogenem Laert. qui Demetrios viginti memorabiles recenſet, nec tamen meminit Demetrii Pugilis & a noſtro Apollonio laudati, niſi forte hunc his verbis reſpexerit: Ὄγδοος, ὁ ἁλείψας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, σοφιστὴς, Τέχνας γεγραφὼς ῥητορικάς. Hujus Demetrii Pugilis liber

Demetrius Pugil.

περὶ Δημητρίου laudatur ab Etymologo in Μάλαψ, cum ſupra idem habeat p. 266 : Δημήτριος ὁ πύκλης. Τοιοῦτοι δέ εἰσι καὶ οἱ πύκλαι· ἢ ἐπειδὴ ἐν ταῖς ἀμφισβητήσεσιν ἐτύπτουν τὸς ἀμφισβητοῦντας. Quæ ultima verba, in quibus quædam corrupta, ſeu loco mota, ſuſpicor, Clar. Meurſii in *Bibl. Græcâ* diligentiam effugerunt ; cum in ſuâ Fabricius Demetrii Pugilis mentionem prorſus omiſerit.

Alii Scriptores laudati.

Hi ſunt Grammatici quos citat, quorumque multos quamvis Auguſti, ideoque ipſiuſmet Apollonii, tempore florentes, laudari tamen videas. Quod ſpectat ad ſcriptores & poetas quos allegat, quales ſunt Heſiodus, Alcman, Anacreon, Archilochus, Æſchylus, Euripides, Sophocles, Pindarus, Simonides, & Simonides alter (qui vulgo Amorginus, [1] ſed ſimpliciter Simonides vocatur apud Apollon. in Φιξός pag. 830.) Callimachus, Euphorion, Æſopus, Ariſtoteles &c. ii ſunt illuſtriores quam ut aliquid de iis eorumque vitâ hîc exponatur, quod in Grammaticis magis obſcuris præſtitimus. Sed nonne mirum eſt Apollonium, qui tot alios Criticos citat, nuſquam uti auctoritate celeberrimi illius Didymi, cujus Commentarium in Iliadem laudat Ammonius in Ληϊργεῖν & Χλαμὺς, cujuſque ἐξήγησιν Ὀδυσσείας adfert Etym. M. in Περισκέπτω &

[1] Hunc cave confundas cum priori. Nam ſic recte habet Fabric. *Bibl. Græc.* L. 2. c. 15. 1. vol. p. 595: » fuit & » alius Simonides Iambographus, Amor» ginus, qui & Elegiarum libros duos, » Suidâ teſte, ſcripſit, cujus meminere » Strabo, Clemens Alex. Athenæus & » alii. Confer Voſſium III. Inſtit. Poët. » p. 97. Allatium p. 206. Huic forte » Σύμμιχλα rectius tribueris, & Epigram» ma in Sophoclis mortem. Quin &, (ut in notâ ad eum locum monet idem Fabricius,) Tzetzes Chil. XII. v. 52. notat Simonidem fuiſſe inventorem litterarum H & Ω, dubitat vero utrum τὸν Ἀμόργε (Amorgi filium vocat etiam Chil. I. v. 619.) τὸν Σάμιον ἐκεῖνον, an Ceum. Sed Amorginum a patriâ, non a parente, appellandum eſſe Stephanus Byſ. & alii perſpicue teſtantur. Ex Athenæo autem liquet Simonidis Amorgii, vel Amorgini, eſſe verſum quem ſub ſimplici Simonidis nomine affert Apollon. in Φιξός.

Σκύρος. Unde certo apparet in Homerum scripsisse Didymum. Nam quæ sub hujus nomine circumferuntur Scholia, ea luce clarius est non esse Didymi, neque ex solis Didymi Commentariis, sed, (quæ est Fabric. L. 2. c. 3. sententia) ex Didymo multisque aliis παλαιοῖς & νεωτέροις, Aristarcho, Cratete, aliisque, ab incerto auctore, multis forte post Didymum seculis, collecta; cum in iisdem laudentur Scriptores Didymo juniores, Plutarchus, Quintus Calaber, Galenus, Pausanias, Jamblichus & alii, ac Didymus ipse nomine tenus allegetur ad Il. A. 400. Δ. 475. & X. 126. nec contra in illis Scholiis extent quæ ex Didymi in Homerum Ἐξηγήσει profert Ammonius. Pariter mirum est Apollonium ipsum nunquam ab Eustathio adductum fuisse, nisi ab eo designatus fuerit sub communi voce γλωσσογράφοι; cum tamen peculiari notâ distinguendus fuisset egregius Lexicographus. Forte Apollonius nunquam in Eustathii manus incidit, &, tempore quo scripsit ille Thessalonicensis Archiepiscopus, in aliquâ Bibliothecâ deliteſcebat. Vel, si eum cognovit Eustathius, satis ipsi fuit si ipsosmet adiret & indicaret fontes ex quibus omnia sua optima hausit noster.

SECTIO TERTIA.

De Scriptoribus qui Apollonii meminerunt.

Antiqui Scriptores.

Contra Apollonius noster allegatur, quamvis hoc a nemine huc usque observatum fuerit, in Scholiis minoribus Pseudodidymi, ad Od. T. 177. voce Τειχήεντες, ubi explicatio Apollonio tributa cum eâ mire consonat quæ in nostro Lexico legitur. Vide nostram annotationem ad vocem

Pseudodidymus.

Τριχάικες, p. 788. noſtræ Edit. Eundem Apollonium confutari
Schol. Apollon. Rhod. a Schol. Apollonii Rhodii, ad Argonauticorum L. I. verſum 1089. adnotavit Clar. Alberti; quem locum vide p. 230. noſtræ Edit. in Ἄφλαστον. Male Fabric. L. 3. c. 21. & alibi, putaverat hîc videri Apollonium intelligi Alexandrinum, Herodiani patrem, Grammaticum. Nam quæ ex Apollon. adfert Schol. Apollon. Rhodii, ea, obſervante Clar. Alberti, plane leguntur in noſtro Apollonio. Præterea ibidem apud Apollonii Rhodii Scholiaſten allegatur noſter Apollon. ἐν τοῖς Λέξεσι; & ex Suidâ in Ἀπολλώνιος diſcimus hujus opus fuiſſe inſcriptum περὶ λέξεων Ὁμηρικῶν κατὰ στοιχεῖον; ac Heſ. in Epiſtolâ ad Eulogium nuncupatoriâ, dicit eum ſecundum ordinem litterarum congeſſiſſe Homericas voces, κατὰ στοιχεῖον.... ΛΕΞΕΙΣ ΟΜΗΡΙΚΑΣ, prorſus ut in titulo, quem Codex Mſ. præfixum habet, legitur, Λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον. [1]

Suidas. Apollonii verba in vocem Μετὰ allegat Suidas, [2] hujuſque

---

[1] ΛΕΞΕΙΣ interdum idem eſt quod ΛΕΞΙΚΟΝ, nec *vocabulum*, ſed *Lexicon* ſignificat. Unde Clar. Ruhnkenius p. 11. Præfat. ad 2. vol. Heſ. hæc Heſychii verba, ὁ μὲν (Διογενιανὸς) ἐδημίαν ΛΕΞΙΝ, ὥστε ἡμᾶς εἰδέναι, παρέλιπε, ita explicat, ut ſignificent nullum *Lexicon* a Diogeniano eſſe prætermiſſum; non vero nullum *vocabulum*: cum paulo poſt dicat idem Heſ. ſe *multas voces*, quæ in Diogeniano fruſtra quærerentur, adjeciſſe. Hinc addit Clar. Ruhnkenius: » fefellit viros eruditos vox λέξις, quæ hîc » non *vocabulum* ſignificat, ſed *Lexi*» *con*, ut ſæpe apud Grammaticos. Ita » paulo ante in Etym. Mſ. vidimus Δι» δύμου λέξιν κωμικήν. Et Harpocration in Ξηραλοιφῶν habet: ἐλέγετο χωρὶς λετρῶν ἀλείφεσθαι, ὡς Δίδυμος ἐν εἰκοστῇ ἐγδόῃ Τραγικῆς λέξεως.

[2] Hunc locum corruptiſſimum & a Kuſtero conclamatum hîc, occaſione datâ, totum deſcribam & emendabo. Sic habet Suidas: Μετά. ὁ τῷ Ἀρχιδίῳ Ἀπολλώνιος πίνῃ δηλῶν φησίν·

Ἐνθάδε, καὶ μὴ πᾶσιν. (Lege, ut monuimus p. 546. ὧν·

Ταῦτα ἢ καὶ μὴ πάσιν. — Il. Θ. 96.

Et ſic explicabis verba quæ, ut nihil ad rem facientia, delenda cenſebat Kuſter.)

Ἐπί·

Ἐς Τεμέσην μὴ χαλκόν. — Od. A. 184.

pariter meminit, ac de ejus vitâ atque Lexico aliquid prodit in voces Ἀπίων, Ἀρχίβιος Ἀπολλωνίῳ, & in Ἀπολλωνίῳ Ἀρχεβέλῳ, ἢ Ἀρχιβίῳ; quæ loca jam a nobis supra adducta sunt, & ad verbum descripta in Eudociæ Macrembolitissæ Ἰωνιᾷ Mſ. cujus Indicem a Bandurio confectum dedit Fabric. L. 5. c. 5. *Bibl. Græc.* Hesychium autem Apollonii nostri meminisse, in Epistolâ ad Eulogium, supra monuimus. Obiter notandum de hoc nostro falsum esse Indicem Scriptorum ab Hesychio laudatorum, quem, a Joanne Pricæo confectum, & a se auctum emendatumque, suo subjecit Hes. Clar. Alberti. Perperam enim monet Apollonium Archibii filium laudari in Ἐλειάτης & Ἔχελος; cum, quæ hîc indicat, ea non ad nostrum pertineant Apollonium, ac peculiariter quæ in Ἔχελος habentur, respiciant Apollon. Rhodii Argonaut. L. 4. v. 1093.

Eudocia.

Hesychius.

(Nota autem aliud ab Apollonio hujusce significationis afferri exemplum, scilicet,

— μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας. Il. A. 423.)

Μετέπιθε νεὼς κυανοπρώροιο. Hæc Verba Kusterus dicit lituram mereri, quod sint ab hoc loco aliena. Tu lege cum Apollonio, ἐξ·

Ἡμῖν δ' ἂν μετόπισθε νεὼς κυανοπρώροιο. Od. A. 6.

Et sic innuit τὸ μετόπισθε, compositum ex Μετὰ, hîc idem significare quod ἐξ. Unde hæc verba nec *lituram merentur*, nec sunt ullo modo ab *hoc loco aliena*. Cætera plana sunt in Suidâ, usque ad Σὺν, Σὺν δ' ἂν ἐγὼ, quæ jam ex Apollonio desumpta non puto; qui, teste Suidâ, quinque tantum significationes τῷ μετὰ tribuerat, quarum quatuor refert, unam autem in Apollon. nostro occurrentem omisit Suidas, scilicet, συνήθως δὲ ἡμῖν·

Τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα.

Hæc autem, Σὺν δ' ἂν ἐγὼ μετὰ τοῖσι, desumpta sunt ex Od. I. 335:

— Αὐτὰρ ἐγὼ πέμπτῳ μετὰ τοῖσιν ἐλέγμην.

Aut ex Il. Γ. 188:

Καὶ γὰρ ἐγὼν ἐπίκαρ ἐὼν μετὰ τοῖσιν ἐλέχθην,

Quod monere neglexerat Kusterus. At hæc, Σφῶϊν τ' ἔπειτ' ἔρριψε μετ' ἀμύμονα βασιλέα, corrupta sunt ex Od. Z. 115:

Σφῶϊν αὖ ἔπειτ' ῥῖψε μετ' ἀμφίπολον βασιλέα.

In hanc quoque vocem Μετὰ Apollonium Archibii filium laudat Photius, sæpe cum Suidâ consonans, in Lex. Mſ. Vide p. 326. *Indicis Auctorum qui a Photio laudantur*, quem *Glossario Græco in sacros novi fœderis libros* subjecit Clar. Jo. Alberti.

Dionysius Trax. Etymologus M.

Jam diximus noſtrum a Dionyſio Thrace allegari apud Etym. p. 32. voce Ἀιζηός, & ab ipſo Etymol. laudari p. 61. in Ἀλεισόν, & p. 605. in Νήφω. Hæc Etymol. loca videbis in noſtrâ Apollon. Edit. voce Ἄλεισον p. 112. & Ἀιζηοὶ p. 82.

Scriptores recentiores Mauſſacius Meurſius.

Recentiores autem qui hujus, ex Suidâ cogniti, meminerunt, ii fere ſunt: Mauſſacius in Diſſertatione Criticâ de Lexicis, Harpocrationi ſubjectâ, Johannes Meurſius qui, in *Bibl. Græc.* videndos monet Etymol. & Suidam, ac de noſtro præterea loquitur in Syntagmate de Apolloniis, quo Editionem Hiſtoriæ commentitiæ Apollonii Alexandrini ornavit, Lugduni Batavorum, anno 1620. in 4°. ad quod Syntagma lectorem remittit Voſſius *de Hiſtor. Græc.* L. 1. p. 149. ubi quoſdam Apollonios, ut & noſtrum, omittit, in hoc Syntagmate, quemadmodum monet, reperiendos. Hujus mentionem fecerunt & Jonſius *de Scriptor. Hiſtor. Phil.* L. 3. c. 9. p. 52. ſecundæ partis Edit. Jenæ, anno 1716. Fabricius, in *Bibl. Græc.* L. 2. c. 5. & L. 3. c. 21. ac L. 5. c. 7. & 40. Montfauconius, qui largum hujuſce Lexici ſpecimen protulit in *Bibliothecâ Coiſlinianâ*, p. 457. & ſeq. ac ſupra meminerat in præfatione, Kuſterus ad Suidam, in Ἀπολλάνιος, & ad Heſychium, in Ἀδινὰ, ubi Apollonii Mſ. Lexici, quod, ut ait p. 95. Edit. Alberti, præſente reverendiſſimo & doctiſſimo patre Montfauconio, primum inſpexerat, auctoritate utitur ad confirmandam unam ex ſuis in Heſ. emendationibus. Noſtrum ſæpe ad partes vocat Clar. Alberti qui, p. 37. Præfat. ad Heſ. larga ſpecimina a Montfauconio producta dudum ſibi *ſalivam moviſſe* profitetur, & hunc librum addit ſibi Mſ. vicem in edendo Heſychio præſtare poſſe ſe credidiſſe, cum Homericas voces, & hunc ipſum Apollonium, inter fontes ſuos Heſychius in Epiſtolâ ad Eulogium celebraverit. Quod quidem

Jonſius. Fabricius. Montfauconius. Kuſterus. Alberti.

quidem Lexicon tantopere ei arriſerat, ut Clar. Ruhnkenius in Præfat. ſecundi vol. ad Heſ. teſtetur eum hoc opus, a quo vehementer adjutus fuerat in Heſychio emendando, animadverſionibus illuſtratum edere paraviſſe. [1] Apollonium in ſuo Heſychio paſſim allegat, & interdum emendat; atque, ut ait Clar. Valckenarius, in Diſſertatione *De Scholiis ad Homerum ineditis*, plurimas ejus notas utiliſſimo inſtituto edidit. Confer Indicem autorum qui in notis ad Heſychium emendantur & illuſtrantur, ubi tamen plurima, ex Apollonio a Clar. Alberti excerpta, omiſſa ſunt; quæ hîc explere nec vacat, nec tanti eſt. Apollonium, ex Alberti cognitum, allegant noſtræ ætatis Criticorum facile principes. Eum videlicet laudat Clar. Toupius in *Addendis ad Theocritum*, ſubjectis 2. vol. Editionis Theocriti Wartonianæ p. 404. ubi allegat gloſſam, Ἀποδρύψει, καλαξύσει, quæ ab Alberti ad Heſ. refertur p. 188. Idem præſtantiſſimus, & in eruditiſſimâ Britanniâ acutiſſimus Criticus, ſupra, p. 395. ejuſdem Theocriti Wartoniani 2. vol. egregie, ut omnia, emendaverat fragmentum Callimacheum, ab Apollonio laudatum, voce Ὀψιόπλης, quod in Heſ. eâdem voce, legitur apud Alberti p. 831. 2. vol. & p. 628. noſtræ Edit. Hanc unice veram incomparabilis viri emendationem, quæ ſerius, ut & aureus ejus libellus, in manus meas inciderat, meo ad Apollonium *Appendici* inſerui. Ejuſdem Apollonii meminerunt Clar. Ruhnkenius in Præfat. 2. vol. Toupius. Ruhnkenius.

[1] Idem antea, in Miſcellaneis Criticis in Heſychium, Gloſſario Græco in ſacros novi fœderis libros ſubditis, Apollonii Lex. Mſ. ad partes vocans, hæc addiderat: » utinam aliquando integrum ederetur? » Nihil certe plus conferret ad Heſ. quippe » qui Apollonii Ὁμηρικὰς λέξεις ipſe laudet in Præfat. ad Eulogium ſuum.

Valckenarius. ad Hesych. ac alibi, & Valckenarius, *in Dissertatione de Scholiis ad Homerum ineditis*, ac in *Schediasmate de Epistolâ ad Eulogium*. Ante hos, unum Apollonii locum emendaverat ὁ πάνυ Hemsterhusius, ad Aristophanis *Plutum*, p. 338. quam correctionem suo nos loco, p. 2. nostræ Edit. collocavimus. Et cum verba quæ restituit, ab Alberti producta non fuerint, necesse est ut ipse tractaverit hujusce nostri Codicis apographum, cujus ei copiam facere potuit Clar. Alberti, vel ea e *Bibl. Coislin.* hauserit.

Hemsterhusius.

SECTIO QUARTA.

De Codice ex quo Apollonii Lexicon descriptum est.

Codicis scripta ætas, Lexica in eo comprehensa.

Quod spectat ad ipsummet Codicem, ex quo Apollonii Lexicon descriptum est, is fuit olim Coislinianus, nunc Sangermanensis, numero 345. estque volumen in quartâ formâ, litteris minutissimis, ac plurimis intricatum notis & scribendi compendiis, quæ in tabulis æneis, quarum infra mentio, accuratissime expressimus. Constat foliis 46. sive paginis 92. Lexicon Apollonii, quod magnam hujusce voluminis partem constituit. In sequentibus foliis occurrunt alia Lexica, quorum descriptione supersedebo, cum occupata fuerit a Montfauconio, qui eam in *Bibl. Coislinianâ* p. 457. & sequent. fusius quidem, sed parum accurate prosecutus est; ut cum in his verbis, Συναγωγὴ λέξεων χρησίμων οὐκ ἀδιαφόρων σοφῶν τε καὶ ῥητόρων πολλῶν, vertit χρησίμων per *utilium*; quod tamen eas significare voces *quæ sunt in usu*, nec pueri ignorant. Noster Codex est optimæ notæ, elegantissime scriptus sæculo decimo, judice harum rerum peritissimo Montefalconio *Bibl. Coislin.* p. 11. ut, p. 9. Præfat. Mœridis Atticistæ

loquitur Pierſonius, qui eum, in eâ parte quæ Mœridis Lexicon continet, cæteris ejuſdem Mœridis Codicibus longe multumque præferendum, & ſæpius a Salliero inſpectum docet, ut & hujus notæ oſtendunt, & ipſe, inquit Pierſon. Clar. Ruhnkenio coram adfirmavit. Idem Pierſon. infra p. 10. obſervat hunc Codicem Mœridis, in eodem volumine cum Apollon. Lexico occurrentem, longe eſſe præſtantiſſimum; ut qui ubique fere ipſam Mœridis manum exhibuerit, multas voces rariores & plane gloſſematicas conſervaverit, in aliis neglectas. Et accedere ait quod nullis, quantum deprehendere licuit, aliorum ſordibus, quas homo inepte ſedulus in illum Codicem unde Regius, Vindobonenſis, & alii fluxere, intulit, vel leviter ſit inquinatus. Unde ſi, ex collatione cum aliis Codd. Mſſ. factâ, Mœridis Lexicon tam accurate fuiſſe exaratum deprehenditur, pariter & eam partem quâ noſter Apollonius continetur, eâdem fide deſcriptam eſſe ac religione merito quis ſuſpicari poſſit. Ex eodem Codice Mſ. Phrynichi Arrabii partem, hactenus ineditam, deſcripſerat & notis ornaverat Claudius Sallierus. Sed is poſtea, ad alia delatus, totum ſuum apparatum tradidit Clar. Ruhnkenio, quîcum longo uſu conjunctiſſimus erat; cujus rei profeſſionem reperies p. 32. in Notis Clar. Ruhnkenii ad Timæi Lexicon Platonicum, quod a Clariſſimo Johanne Capperoniero, ſingulari noſtræ Galliæ ornamento, accuratiſſime ex eodem Codice Mſ. deſcriptum, ac ſibi miſſum, publici juris fecit Lugduni Batavorum anno 1754. Idem ex eodem volumine, dum Pariſiis ſtudiorum causâ verſaretur, excerpſerat illud Rhetoricum Lexicon, quod *bonæ frugis pleniſſimum, atque ad jus Atticum explicandum imprimis comparatum* tantopere, & merito quidem, prædicat pag. 4. Præfat. ad Heſ. Hujus

autem partis quâ Lexicon Homericum continetur, quamque hic edimus, Clar. Alberti, benevole, ut ait, rem curante J. J. Wetſtenio, Pariſiis apographum ſibi comparaverat; quod accuratiſſimum quidem vocare potuit p. 38. Præfat. eum ipſummet fontem adire non potuiſſet, ſed quod nobis, certiora edoctis, inſidum ſæpiſſime videtur; ut ex iis æſtimare licet quæ interdum protulit Alberti. Et hoc quidem apographum, poſt hujus Alberti mortem, devenit in eruditiſſimas manus Hermanni Tollii, Profeſſoris Harderovicenſis, Græce, ſi quis unquam fuit, doctiſſimi, & in arte Criticâ verſatiſſimi, cujuſque ſolertiam in Auctario Emendationum ad Heſ. non ſemel laudat æquiſſimus ille ingenii & veræ laudis æſtimator Clar. Ruhnkenius. Qui ſi eum, ante multos annos elapſos, jam tum vocat *elegantiſſimi ingenii juvenem*, (quam tanti viri laudem acutiſſimis ſane, ac tali ingenio & doctrinâ digniſſimis, emendationibus χειλιάταλος adoleſcens comprobavit,) quid de eo nunc viro, ac perfecte maturo, expectare debeat Reſpublica litteraria, niſi eum redditas multo cum fœnore Clariſſimorum Tolliorum dotes in ſe uno repræſentaturum, immo & longiſſime exſuperaturum?

Quod autem monere prætermiſerat Clar. Montfauconius, is decimi ſeculi Codex manu monachali exaratus fuit in quodam Monaſterio; quod apparet ex verbis fere nunc deletis ac lectu difficillimis, minio & litteris uncialibus deſcriptis, quæ videre eſt folio verſo 213. hujuſce Codicis.

Præterea notandum eſt fortaſſe Apollonii Lexicon in quibuſdam non integrum ad nos perveniſſe. Omnes enim fere Grammatici antiquiores contracti & mutilati ſunt, uno fortaſſe Harpocratione excepto. Hujuſce rei deprehendimus exemplum apud Etymol. p. 32. qui in Αἰζηος ſic habet ex Apollonio quem citat: Ἀπολλώνιος ὁ ἐξ Ἀρχιδίκε ἐν τῷ ἰδίῳ εἴδει αὐτὸ, λέγων γεγονέναι ἐκ τοῦ αἰζήεις. Hæc

hodie abſunt a noſtro Apollonio; quæ tamen legebantur tempore Etymologi, & reſtituenda ſunt poſt πεδύμαλι ζίονλες p. 82. noſtræ Edit. Idem in Ἄλειτον p. 61. hæc habet ex Apollonio, quæ in hâc ipsâ Apollonii gloſſâ hodie non occurrunt, at ſaltem olim reperiebantur: κρεῖττον ἐν λέγει Ἀπολλώνιος ὁ τῆ Ἀρχιβίε ὅτι παρὰ τὸ λεῖον γέγονεν ἄλειον καὶ ἐπενθέσει τῦ Σ, ἄλειτον. Sic in Νήφω p. 605. ea affert ex eodem Lexicographo, quæ & in notis laudavi ad Ἄλειτον p. 112. noſtræ Edit. dum nuſquam in textu ea verba legebantur; cum ne vocabuli quidem Νήφω ulla in noſtro, qualem habemus, Apollonio occurrat mentio. Sed cum hæc vox νήφω nuſquam habeatur in Homero, hujus explicationem, non ex Homerico Apollonii Lexico, ſed ex alio ejuſdem opere deperdito, excerptam fuiſſe putandum eſt. Certe apud Etymol. M. vocibus Κωφὸς & Σοφιστὴς, citatur, ἐν τοῖς γλώσσαις Ἡροδότε; quidam Apollonius, quem eumdem cum noſtro facit Fabric. L. 5, c. 40. p. 27. decimi tomi *Bibl. Græc.* qui ibidem male ad Lexicographum Homeri, Apollonium, ea refert quæ ſub plane diverſorum Apolloniorum nomine allegantur apud Etymologum Magnum, a quo certum eſt nuſquam alibi ad partes vocatum fuiſſe noſtrum Apollonium, niſi vocibus Αἰζηὸς, Ἄλειτον, & Νήφω.

Gloſſæ Apollonio inſertæ.

Non ſolum contractum ad nos pervenit Apollonii Lexicon, ſed, quod pariter dolendum eſt, gloſſis aliunde intruſis & male inſertis perperam auctum; ut in quibuſdam Codicibus manum interpolatricem ſenſit Mœris Atticiſta. Et cum multi panni purpuræ Heſychianæ adſuti fuerint, ut utar verbis Tanaquilli Fabri ad Anacreontem, id quoque quibuſdam in locis perpeſſus eſt noſter, in multis aliorum Lexicographorum conditionem ſecutus, ac præſertim Heſychii, cujus luculento operi plurima ineſſe gloſſemata poſterioris

ævi, eaque ejicienda esse, & nullo negotio per paginas singulas posse deprehendi, recte docet Caspar. Barthius Adversarior. L. 42. c. 26. cum Bentlejo, in Epistolâ ad Jo. Christophor. Biel. & Johanne Meursio, qui, Miscell. Lacon. c. 13. p. 61. satis viros doctos nosse observat præstantissimo Hes. Lexico quadam passim inserta esse ab indoctis.[1]

Sic ego multa in nostro Apollonio manu recentiori ad marginem apposita vidi, quorum quædam, tanquam spuria, νενθάμενα, atque omnino corrupta in spongiam ire jussi, plurima in notis duntaxat repræsentavi, cum operæ pretium esset. Quemadmodum Heinsius, in Prolegomenis ad Aristarchum Sacrum, se, cum Hes. emendaret, vera ac legitima ab alienis & spuriis distinxisse profitetur. Hæc, exempli gratiâ, in litteram *Kappa* manu recentiori ad marginem exarata vidi: Κοινωνία (quod Homericum non esse vel puer cernat) ἐλεημοσύνη, ἀλτρουϊσμὸς, ἢ μετάδοσις, quæ, tanquam cœlo delapsa, nec cum præcedentibus, nec cum consequentibus, conjungi possunt. Quis non videt hæc, ut loquitur Barthius, *glossemata posterioris ævi* e manu cujusdam Christiani profecta esse, qui tam liberaliter hanc Apollonio largitus est ἐλεημοσύνης glossam, cujus nullum certe vocabulum cum ejus stylo convenit, ac multo quidem minus hoc ipsum ἐλημοσύνη; quod tamen, cum apud Diogenem Laertium, in vitâ Aristotelis, legatur, ubi habetur ἐλεημοσύνην διδόναι, pro eo quod Gallice

[1] Richardus Bentlejus, in Epistolâ ad Clar. Biel. contendit in Hes. plurimas voces a studioso quodam Christiano in exemplaris sui margine & orâ vacuâ scriptas (quemadmodum & in nostro) postilla, quod in aliis, inquit, libris scimus accidisse, pravâ exscriptoris diligentiâ in contextum esseditas; ut Mansacius, in suâ ad Lectorem epistolâ, suo præfixâ Harpocrationi, monet quædam in hoc auctore legi quæ e margine in textum irrepserunt sæpius.

dicimus; *donner l'aumône*, non parum Interpretibus negotii exhibuit. Nam, teste Ægidio Menagio, cum Christianorum scriptorum proprius videretur hicce loquendi modus, hinc Laertium fuisse Christianum vir quidam doctus suspicabatur. Ego autem hîc, occasione datâ, ea proferam quæ, ad marginem nostri Apollonii recentiori manu adjecta, in meis omiseram notis. Legitur ad marginem ℥ Ἀιν© p. 68. nostræ Edit. Ἀινέσεως, συνέσεως, γνάσεως, φρονήσεως, σοφίας. In Ἀμφίπολις, pag. 126. hæc, ἀμφεπονῆλο, ἐκοπιᾶλο, ἐλειτουργῶλο, e margine in textum recepi; quod monere prætermiseram. Ad marginem ℥ Ἄρα, p. 202: Τῷ ἄρα, ἀντὶ ℥ ἀληθῶς, ὄντως. Ad marginem ℥ βεβάμβ pag. 238. litteris fugientibus ac fere deletis: Βέβαιον, ἀσφαλὲς, ἰσχυρόν. In Εἰδαῖα, p. 302. Εἰδαῖα, ἰδέσμαῖα. Et: Εἶεν. Ἀπόθεσιν μὲν σημαίνει τὸ εἰρημένον. Ἐκλαμβάνεται ἢ ἀντὶ ℥ ταῦτα μὲν ἔχουσι ὕστως, ἀλλὰ ταῦτα μὲν δὴ ὕστως. Ἔστι γὰρ ἐπιῤῥηματικῶν, ἀφορμητικῶν. Ἀντὶ τοῦ... εἰρημένης καὶ λεγομένης... ὑπάρξεως... Σημαίνει καὶ... Ἔστι καὶ ἀναφώνησις. Hîc aliqua videas vocabula quæ, cum legi non possent, punctis crebris ac continuis indicavi. Et infra: εἰ, ἄρα, εἰσὶν, δὴ, γὰρ ὑπάρχουσιν. Et in Εἰρυσθαι p. 306: εἰδέναι, ἐρέσθαι, καὶ ἐγνώρισθαι. Ac in Εἰς ibidem: ἀντὶ ℥ ἐξ, ἐπὶ, ὡς, ἤ, κατά. Et immediate infra: εἶεν, ὑπάρχοιεν, quæ pertinent ad εἶεν præcedens. Ac in paginâ sequenti Cod. Mſ. ἐξομολόγησιν, καὶ μαρτυρίαν. Ὕμνον καὶ δόξολογίαν, ἢ καὶ εὐχαριστείαν καὶ εὐφημίαν ἀμφιάσω. Et infra ibidem, Ἐνευγχάνει, ἐπιτυγχάνει. Ac paulo post, ἐξομολόγησιν, εὐχαριστεῖαν, ἐπὶ αἰνέσεως καὶ χειλέων ὕμνον. Et deinde: Ἐξομολογεῖσθαι, εὐχαριστεῖτε, εὐφημεῖτε, ἐπαινεῖτε; quæ certe non Grammaticam eruditi Apollonii, sed indocti monachi Christianam sapiunt manum. In Εὐσεβίος, p. 374: Καθολικῶς ἐσηκότος, καλῶς, ἀσφαλῶς, εἰρηνικῶς, ἑδραίως, ἰσχυρῶς, παγίως, ἐσηκότος, βεβαίως, ὅτοι στερρὸς, ἀκίνητος, ἀσάλευτος. Ad marginem τὸ Μετάλλα, p. 548. γραφεῖα πολυπραγμόνη, ἀντὶ τοῦ μετάλλα. Superscribitur τοῦ Νύσσα, p. 576: ἡ ἐπιστροφὴ καὶ ἀποδημία. Et infra: Κάμψιο (sic) γὰρ, τὸ κλίνω, Καὶ κήμψιο (sic) ἡ στρέφομαι. Nota au-

tem in his omnibus, quæ recentiori & indoctâ manu addita ſunt, accentus vitioſiſſime expreſſos eſſe. In Ὁ pag. 586 : ἀντὶ Ϝ ὅτε, τί τω (ſic) ποῖον, πῶς. In Οὐτικα pag. 620 : ἀντὶ Ϝ ὅτι, ἥτε, ἅ, ἢ ὅπως, ὑπὲρ ὡς, πρὸς, κρίτου (ſic) διότι. Et infra in Π : προτάλλων, συμβάλλων, ἀνλισαθῶν ϗ σφῆσθεῖν. ἀνλίσαχθῶν. In Σιῶας, p. 714. poſt θαῦμα, ad marginem : ϗ ἀντὶ Ϝ φόβῳ, ἔκπαγις, ἔκπληξις, ἐκπλάγησις. Ad marginem Ϝ Τμῆδην p. 780 : Τὸ, τῆτο. Ad marginem τῆ Φηγὸς, pag. 824 : παροιμία, ob hæc, ὅθεν ϗ παροιμία. Ad marginem τῆ Ὦ : ἀντὶ Ϝ φοῦ, φοῦ, αἰ, αἰ, ἴμμοι, ἴμμοι. (Sic) & ſupra hæc verba, ἐπίρρημα χιλιασμῆ δηλωτικὸν, legitur συναγμῆ, ἢ ὁδυρμῆ. Ad marginem Ϝ Ὡς : ὄφρα, τίως, τόφρα, ἕνεκα. In hæc verba ejuſdem articuli, ἀντὶ ϗ Ϝ ὅτι, ad marginem adjicitur recentiori manu : ϗ ἀντὶ Ϝ ἅτι, ἵτοι, ὧν, (ſic) πῶς, ὅπως, ὥστε, κἂν, ἀλλὰ, ἂν, γὰρ, ἰὰν, δὴ, πλὴν, ὅμως, κομιδὴ, ἴσως. Et in Ὧδε : ἀντὶ τῆ τῇδε, τοιαῦτα, ἶα. Et in Λαῷν, p. 518. ὐμῶν, ἴλεων, συμπαθὶς. Hæc ſunt in quibus ſolis manum interpolatricem ſenſit Apollonius.

De utilitate Apollonii.

Utcumque tamen ad nos pervenerit illius opus, plurimum tamen conferre poteſt, tum ad ea in Heſ. reſtituenda, quæ fœde corrupta, vel a librario omiſſa ſunt, & ad veterum Grammaticorum nomina & ſententias conſervanda, tum etiam ad variantes Homeri lectiones indicandas. Unde merito Clar. Montfauconius, p. 3. Præfationis *Bibl. Coislinianæ*, ſic dicebat de noſtro Codice : *licet autem inter Coiſlinianos Codices Græcos in quovis litterarum genere non pauci præſtantiſſimi occurrant, in duplici tamen genere aliis, quas vidi, Bibliothecis hæc anteponenda videtur, in Manuſcriptis ſcilicet biblicis, atque in Lexicis, quorum unum, videlicet N°. 345. ineunte decimo ſæculo ſcriptum, omnium, hactenus inſpectorum, præſtantiſſimum eſt.* Quo quid unquam pulchrius aut honorificentius de ullo libro dictum eſt, vel

etiam

etiam ſingi aut excogitari poteſt ? Quanti igitur faciendus eſt Codex, quo uno, teſte judice harum rerum peritiſſimo & æquiſſimo æſtimatore Clar. Montfauconio, cæteris aliis orbis terrarum Bibliothecis præſtat Bibliotheca Coiſliniana hoc theſauro ſuperbiens.

Hinc immortales gratiæ agendæ ſunt Benedictinis tot operum ac laborum famâ celeberrimis, ac præſertim Clariſſimo eorum Bibliothecario, nomine *Don Pater*, in quo humanitas cum eruditione & comitas cum ingenio certant, qui, pro ſuo incredibili litterarum juvandarum ſtudio, mihi pretioſiſſimi illius & unici Codicis copiam liberaliſſime fecit, & in hoc facillime meis annuit votis, ut eo tandiu domi uterer, quandiu opus foret. Quo quidem ſingulari beneficio ita me devinxit ut ei dignas grates perſolvere non opis ſit noſtræ ; ſed, quod unum poſſum, Clar. viro quamvis invito ac reluctante, eam lætiſſimus arripiam occaſionem quâ meos animi, ut eſſe debet, gratiſſimi ac devotiſſimi ſenſus publice teſter.

SECTIO QUINTA.

De ratione inſtituti noſtri.

Nunc agendum eſt de methodo & viâ quam in hâc Editione ſecuti ſumus, & quæ fuit a nobis unice ſervata ratio, ea paucis exponenda eſt.

De Textu. Ac primo quidem Codicem Mſ. prout ſe habebat, anxie & religioſe repræſentavi. Omnia fere menda & librarii errores accuratiſſime expreſſi, ſecutus exemplum Clariſſimi Alberti qui, ut ipſe teſtatur ad Heſychii præfationem, p. 38.

in contextu retinuit vulgatam lectionem, (ego vero quam in Codice nondum vulgato reperi, ejus unice tenax fui) nisi in apertis vitiis, aut ubi certa satis erat correctio, & vel sic tamen pristinam lectionem inferius præposuit notis, ne fugeret Lectorem. Quod & imitatum se profitetur Clar. Ruhnkenius, in Præfat. secund. vol. Hes. quem edidit; & hoc quidem ipse semper fere præstiti, nisi in mendis quæ tam manifesta essent, ut vel ab homine hisce in litteris prorsus hospite ac peregrino facile detegi possent.

Typographica dispositio.

Ad ejusdem Clar. Alberti exemplum me prorsus quoque compositui, dum ita imprimendum curavi contextum ut, quemadmodum in ejus Hesychio, sic & in nostro Apollonio, singuli separentur articuli, novumque versum inchoent; &, si quando aut carmen, aut hemistichium, in contextu occurrat, ita excudendum jussi, ut a reliquo contextu discernatur, immo & versiculi absens initium lineola index immediate præposita, aut finem omissum, immediate subjecta, argueret.

Prima vox Majusculis Litteris expressa.

Quin &, quod in præstantissimis Hesychii, Suidæ, ac cæterorum, præterquam Thomæ Magistri, Lexicographorum Editionibus merito, in parte Typographicâ, desiderari possit, curavi ut uniuscujusque articuli prima vox, scilicet Homerica, majusculis, quas vocant, litteris designaretur ac distingueretur a sequentibus, quibus Homerica vocabula verbis Apollonii dilucidantur. Quod mihi ad confusionem vitandam in eo Lexico perquam necessarium videtur quod voces Græcas aliis vocibus Græcis interpretandas suscepit; ut sic explicatio ab iis quæ explicantur discerni possit. Sed, cum in plerisque libris Græcis litteræ majusculæ soleant accentibus destitui; (quibus tamen carere non possit hoc opus, quod ad

Grammaticam præcipue pertinet,) aut, ſi iis inſigniantur, eos non immediate ſupra collocatos atque impendentes, ſed ad latus appoſitos habeant; quod oculis ſic diſtractis ac tranſverſe diſtortis injucundum accidit : eos novos majuſcularum litterarum typos excudendos curavi qui crenâ & inciſurâ cohærentem, ſibique directe imminentem, ſuum ſecum habeant, cui ſubjiciantur, accentum.

Apollonii diſpoſitio ſervata.

Præterea Apollon. quemadmodum Heſ. Etymol. Magn. ac cæteri Græci Lexicographi, litterarum alphabeticarum ſeriem, quam ſecutus fuit, non ſemper accurate ſervavit; ſed primarum litterarum ordinis tenax, ſubſequentium rationem fere ſemper neglexit. Suadebant nonnulli ut imitarer exemplum Hudſonis qui, in Mœride Atticiſtâ, ut lectores quærendi labore levaret, ſecundum adcuratum litterarum ordinem voces diſpoſuit. Sed me ab hoc conſilio ſequendo prorſus deterruit Clar. Pierſonii auctoritas, qui, in ſuâ ad ſuum Mœridem præfatione, p. 19. hoc quidem factum eſſe recte monet, ut nonnulla, omnino conjungenda, perperam divulſerit Hudſon; & Codices conferendi laborem reddiderit impeditum. (Mihi vero nulla ſpes affulget fore ut ulli unquam alii Codices noſtri compareant Apollonii.) Sed ibidem addit Pierſon. ſimilem Blancardi in Harpocratione diſponendo diligentiam jure reprehendiſſe J. Gronovium; & iſtam rationem, quamvis in vocibus reperiundis aliquid habeat commodi, plura tamen & majora adferre incommoda, quæ ſingula commemorare ſuperſedet, hoc unum merito addens, in veterum ſcriptis modeſte nos verſari decere. [1]

[1] Similiter idem Blancardus a Clar. Oudendorpio, Præfat. ad Thomam Magiſtrum, vapulaverat, quod in hujuſce Grammatici Editione, ſine ullâ Codicis,

Cur ordo alphabeticus in Lexicis inversus?

Inde eveniſſe putat Richardus Bentlejus, in Epiſtolâ ad Dicl. ut alphabeti ordo inverſus ſit in Heſychio, quod illius in illis vocabulis plerumque vitioſa orthographia ab Editoribus, vel ſcribis litterariis, poſtea mutata fuerit. Ego id quoque aliquando hinc accidiſſe ſuſpicor in omnibus Lexicographis, quod, quæ tranſvolantes librarii, aut ad alia feſtinantes, omiſerant, ea, quum ſerius relegentes omiſſa & elapſa deprehenderent, in alienum, ne perirent omnino, locum rejecerunt. Quod & in noſtrâ Editione noſtris non ſemel accidit Chalcographis, & interdum quoque ipſe non emendatum relinquere ſatius duxi; cum hinc nihil omnino his in locis incommodi redundaturum eſſet, nec ſine magno folii, iterum ſolitis typis deſcribendi, ſumptu corrigendæ eſſent leves illæ & admodum raræ tranſpoſitiones. Nec aſſentior Clar. Bentlejo ibidem exiſtimanti olim Lexicon Heſychianum ad ſeriem litterarum, tam in ſecundis quam in primis ſyllabis, more Dictionariorum hodiernorum accurate inſtitutum fuiſſe; quemadmodum Stanlejus ad Æſchyl. Agamemnon. verſ. 235.

---

manu exarati, ope multa tacitus immutavit, ac vocum ordinem, in prioribus ἐκδόσεσιν obſervatum, peſſimo exemplo neglexit, & divulſis multifariam paragraphis, partimque præpoſitis, partim ſerius collocatis, ad litterarum ſeriem propius eas accommodavit: unde quæ, præter vocum omiſſiones, nata ſint incommoda, bene docet Lexiphilus, *id eſt*, Jo. Chriſtophorus Wolfius. Sic cum ſeriem gloſſarum refingere, & ordinem inverſum in Heſychio reſtituere tentaviſſet Clar. Verweius, merito a Clar. Alberti vituperatur, qui, exemplo Etymologi, Suidæ, & aliorum Lexicographorum, non ſemper anxie & religioſe illam ſeriem obſervatam fuiſſe comprobavit. Quin &, eodem Alberti teſte, Iſaacus Voſſius, in notis ad ſui libri marginem conjectis, per integrum Heſychii opus ordinem alphabeticum preſſe ſequi voluerat; unde vocabulorum ſeriem paſſim non mutavit tantum, ſed & ipſa vocabula ad illam normam exacte componere ſtuduit; adeoque voces notiſſimas non raro ſic refinxit ut inauditæ Græcis forent auribus.

pag. 790. litterarum ordinis obſervantiſſimum Heſ. vocaverat.

Quin &, cum Clar. Erneſto, in aureâ de uſu Gloſſariorum diſſertatione, lectorem omnino monendum eſſe duximus, veteres, ut noſtrum, Lexicographos & Grammaticos, verba, non, ut in noſtris Lexicis fit, in caſu nominativo, aut in præſente indicativo, infinitove, ponere, ſed ſervato plerumque verbi obſcuri caſu, numero, perſonâ, tempore, & modo tradere; atque, ut ait d'Orvillius *Miſcellan. Obſervat.* vol. 2. p. 363. iiſdem flexionibus cæteris præferre quibus apud Autores leguntur; qualia propemodum eſſe videmus veterum Græcorum Latinorumque ſcholia. Quæ ideo adduximus, ne quis, primâ ſpecie deterritus, omnem omnino inveniendi in hoc Lexico vocabuli ſpem ideo protinus abjiciat, quod ſtatim ad oculos eo non acciderit loco quo poni debuiſſet. Cui ut occurreret incommodo ac deſperationi Kuſterus, ad caput ſui Suidæ monuerat, quomodo in hoc Lexico omnes Alphabeti litteræ ſimul aliæ alias ſequerentur, ordine diverſo ab eo qui in Alphabeto communi habetur. Sed cum tam adcuratum tenorem ac filum non tam conſtanter ſervet Apollonius, ut ad certas leges redigi poſſit, ego ut difficultati quærendorum vocabulorum obviam irem, hoc labore, ad imitationem Sylburgii, Blancardi, Pierſonii ac Bernardi, Lectores levandos cenſui, ope Indicis quo totius Operis diſpoſitio Alphabetica repræſentetur, quemque, poſtea diligentiſſime a nobis recenſitum ac ſæpius relectum, antea accurate in meam gratiam confecerat humaniſſimus, nobiſque, ob morum amœnitatem & ſingularem doctrinam amiciſſimus, Baldus Jacobus Daireaux in Pariſienſi Univerſitate Artium Magiſter.

De curâ in emendandis ſpecimi-nibus adhibitâ.

Denique in ſingulis uniuſcujuſque folii ſpeciminibus Typographicis emendandis, quæ plus quam ſexagies, quam attentiſſime fieri poterat, ſolus legi & relegi, quantam adhibuerim curam, quantum in hoc tædii ac moleſtiæ pleniſſimo labore inſudaverim, vix credi, vix animo fingi poſſit, cum *torcular calcaverim ſolus*, ut ita dicam, & *nemo mecum*. Quanquam non ſum neſcius mihi præoccupato, & ea legenti quæ legi & ſcribi debuiſſent, quædam excidiſſe oculos fallentia menda & Typographica σφάλματα, quæ facile æquus lector condonabit humanæ memor fragilitatis, illiuſque difficultatis quæ librorum Græcorum, ab imperitiſſimis Chalcographis excuſorum, editionem neceſſario conſequitur. Sic, exempli gratiâ, cum, brevitatis causâ, ne nimium occuparet locum, notis arithmeticis quintum decimum, ut & omnes alios, alicubi deſignaſſem numerum, ejus loco Typotheta, in linguâ Latinâ plane hoſpes, poſt ultima ſpecimina emendata, integris expreſſit litteris, quæ hâc in ſede omnes neceſſariæ erant, vocem barbaram ac πεμπτάδη *quindecimo*, pro *quinto decimo*, quod vel puer vitaviſſet. Et non ſemel eâdem licentiâ uſus, quam nonniſi ſerius deprehendi, *quatuordecimo* poſuit pro *quarto decimo*. Alia leviora, & quæ facile reſtitui poſſunt, prudens prætereo.

SECTIO SEXTA.

De Verſione Latinâ.

Verſionis Latinæ excuſatio.

Quod ſpectat ad Verſionem Latinam, nullam quidem huic Lexico addere omnino decreveram, iiſdem adductus rationibus quibus Ammonii, Thomæ Magiſtri, Mœridis &

Timæi Clariſſimi Editores. Sciebam doctiſſimum Mauſſacum Grammaticorum verſionem prorſus inutilem judicaſſe ; ut patet ex ejuſdem ad Harpocrationem Præfatione, quam ad partes vocat Clar. Alberti p. 39. ſuæ ad Heſ. Præfat. Sciebam præterea Clar. Gronovium, cum anno 1681. ederet excerpta ex Stephano in Dodon. ideo tantum Berckelii, Pinedo, & Samuelis Tennulii verſiones adduxiſſe, ut oſtenderet nullam omnino illarum prodeſſe. Non ignorabam quid hâc de re optime, ut omnia, diſputaverit eruditiſſimus Valckenarius, Præfat. ad Ammonium, ut & Gisbertus Koen. Præfat. ad Gregor. de Dialectis. At contra videbam, in Prolegomenis ad Heſ. Edit. Alberti, doctiſſimum Wetſtenium Suicero, Heſychii Editionem meditanti, ſcripſiſſe anno 1660. Heſychium digniſſimum eſſe illius *Verſione ;* &, duobus annis interjectis, iterum ſignificaviſſe ſe velle *Interpretationem* ſubjiceret, vel adderet Heſychio, qualem Suidæ noverat. Et multo clarius in aliâ Epiſtolâ adfirmat Schrevelii, Heſychianam Editionem parantis, laborem nihil Suiceri, qui idem conſilium agitabat, curæ nociturum : hujus enim ait Editionem innumeris commodis, *in quibus Verſio præcipuum*, exſuperaturam ; eumque alibi monet ut *Verſionem* perficiat. Ad quod inſtitutum ſequendum non me Clar. Wetſtenii auctoritas, quæ nulla eſt, ſi Clar. Valckenarii, & aliorum ſupra laudatorum, ſententiæ opponatur, ſed hæc, quam affert, ratio unice me movit ac reluctantem impulit. Dicit enim ſe a Clar. Buxtorfio, de hâc Editione conſulto, monitum fuiſſe, *libros exoticarum linguarum ſine interpretatione additâ plerumque jacuiſſe, ac plus Editoribus nocuiſſe, quam profuiſſe. Suis omnibus, allegatis Hebraice vel minimis, adjeciſſe ſe dicebat Verſionem ; & hoc vendibiliores extitiſſe*

putabat. Et id quidem quanto verius usurpari possit in hâc ætate paulo reconditioris litteraturæ incuriosâ, in quâ si nihil attulerit, ibit Homerus foras, & cum suo Interprete procul exulare jubebitur, nemo non tacitus mecum reputat, ac me minus accusat quam tempora quibus serviendum duxi; cum duræ parendum sit necessitati, quam ne Dii quidem superent, ut ait Livius. Nam nisi hanc versionem, cujus veniam ab Eruditis demisse ac suppliciter peto, adjecissem, nullus certe, præsertim Parisiis, Bibliopola hoc opus suis sumptibus excudendum suscipere ausus fuisset. Idem ergo mihi hodie invito accidit, quod olim Clar. Gesnero a Bibliopolâ Grammaticum Luciani libellum, qui *Solæcista* inscribitur, Latine vertere coacto.

Apollonius tironibus non comparatus.

Attamen quibusdam in locis impeditis ac salebrosis Versionem Latinam ad latus appositam consulere haud displicebit. In reliquis autem facilioribus, qui Græcarum Litterarum tam rudis est ut, ad ea omnia percipienda & intelligenda, Interprete Latino indigeat, is Grammaticos Græcos omnino ne attingat. Tantum enim abest ut fructum inde capiat ut potius se in turpes implicet errores. Merito dicit Clar. Alberti, p. 39. suæ Præfat. iis qui linguæ Græcæ adeo imperiti sunt, ut Scholia & Glossas Græcas non sine versione intelligere queant, nullo sane modo Hes. (nec plus nostrum Apollon.) prodesse posse, etiamsi Latine omnia exhiberentur. Monendum enim lectorem duco Apollonium non comparatum esse tironibus, sed jam longius in Græcis Litteris provectis. Tirones consulant claves Homericas, & Lexica diobolaria, tali ætati accommoda. Eos ad Apollonium vocare, quid aliud esset, nisi pueris cothurnos Herculis aptare? [1]

[1] Merito Daniel Heinsius, ac, post eum, Clar. Ernesti, ab illis Linguæ Græcæ ap-

SECTIO

SECTIO SEPTIMA.

De annotationibus, & Indicibus.

Quod ad notas attinet, in iis, quantum fieri potuit, brevitati & perſpicuitati ſtuduimus, atque in hoc omnes ingenii nervos intendimus, ut loca depravata ac corrupta, quæ plurima ſunt, ex aliis Lexicographis, aut alios viciſſim Lexicographos ex noſtro, occaſione datâ, reſtitueremus; omiſſa expleremus, confuſa ſepararemus, aut male disjuncta conjungeremus, Homeri, atque aliorum Poetarum, allegata diſtingueremus, rariores ſignificationes exemplis appoſitis confirmaremus, & loca Homeri, quæ reſpexit Apollon. perpetuo indicaremus.

Apollon. ex Heſych. & Heſych. ex Apollon. emendantur.

Ac primo quidem in emendando Apollonio, quum ad alios Mſſ. Codices, qui nulli uſquam exiſtunt, recurrere non liceret, & hic unicus hodie ſupereſſet, alterius Codicis Mſ. vicem mihi præſtare poſſe credidi Heſychii Lexicon, quod paſſim eo diligentius contuli, quod Heſychius ipſe, in Epiſtolâ ad Eulogium nuncupatoriâ, Apollonii ſcrinia compilaviſſe ſe profiteatur, & magnam hujuſce noſtri Gloſſarii partem ad verbum deſcripſerit, ac vice versâ innumeris in locis ipſe, vel poſt Joſ. Scaligeri, Salmaſii, Dan. Heinſii, Iſaaci Voſſii, Palmerii, Kuſteri &c. ac noviſſime Clar. Alberti doctiſſimas curas, reſtitui poſſit ex hoc ipſo Apollonii

---

ταυτόις (Sic prior gloſſas, ac præſertim Heſychianas, vocaverat) eos omnes longe arcent qui ſunt omnino rudes; ut recte judicaverit Joſephus Scaligerus Gloſſarium Philoxeni non eſſe magiſtellorum manibus terendum, ſed tantum doctioribus nocte dinque verſandum.

Lexico ; quod majorine Homeri, an Heſychii, bono ſuperſtes ſit, dubitare videtur Clar. Ruhnkenius in Præfat. ad ſec. vol. Heſ.

Heſ. contractus ab Epitomatore.

Et hoc quidem facile intelligetur, ſi quis meminerit nos Heſychii nihil aliud niſi epitomen habere ; & omnes fere omnium, quos allegavit, auctorum citationes omiſſas fuiſſe ; quod teſtantur Joſ. Scaligerus, in Scaligeranis quæ dicuntur *ſecundis*, p. 109. Florens Chriſtianus, qui, ad Ariſtophanis *Pacem*, v. 198. dicit nos Heſ. gloſſas integras non habere, Daniel Heinſius, qui, in Lect. Theocrit. p. 349. adfirmat Heſ. exſectum fuiſſe τὸν ἄνδρα a crudelibus Grammaticis, ac in notis ad Horat. pag. 51. Edit. 1612. de ejus Epitomatore conqueritur, & in Codice ſuo rudera e tam præclaro ædificio pauca ſupereſſe ſcribebat, ac in Præfatione quam, ipſius Heſ. deſtinatam, reperire eſt in Apparatu Heſychiano Clar. Alberti, ex quo multa excerpſimus, docet multa menda in hoc auctore reperiri quæ, non librariorum negligentiâ contracta, aut Typographorum, ſed τῦ ἐπιτομογράφου ; ut Jungermannus ad Polluc. pag. 451. n. 6. peſſimum facinus feciſſe exclamat, quiſquis ille fuit, qui ſuſtulit auctoritates rariſſimas quibus Heſ. ſubinde uſum fuiſſe patet. Sic Caſpar. Barthius, ad Claudian. pag. 1102. qui teſtimonia veterum Auctorum Heſ. exſecuit, eum piaculum inexpiabile feciſſe dolet ; plurima enim eum monet bonorum Scriptorum loca paucis verbis illuſtraſſe doctiſſimum omnium Grammaticorum, quæ, ait, niſi coram gloſſis ſuis videas, vix ſentias quam ſint erudita ; & Adverſar. L. 42. c. 26. p. 1918. ingenti eruditione ὄπus eſſe contendit ut hunc Interpretem capiamus, quoniam, inquit, peſſimo alicujus felis librariæ facinore teſtimonia ſcriptorum Lexico illi dempta ſunt. Jam vero facillime, ut cum

Barthio loquar, *Interpres ille capietur, loca Homeri coram ſuis Gloſſis videbuntur,* menda in hoc auctore non librariorum negligentiâ contracta, aut Typographorum, ſed ἐπιπεμπόντων, corrigentur & in ſpongiam ire jubebuntur, cum ad ipſum Apollonii fontem, ex quo dulciores, puriores & copoſiores hauriuntur aquæ, recurrere licebit; cum ea quæ exſecuit & omiſit Epitomator, reſtitui & expleri poterunt ex hoc noſtro Auctore, quem a capite ad calcem deſcripſit Heſ. & in quo illa Homerica occurrunt exempla, quæ hic ab Apollon. mutuatus ſibi propria fecerat & in ſuos uſus converterat, ſed quæ ei invidit manus quam crudelem huc uſque ſenſit Reſpublica Litteraria, quæ nunc noſtro Lexico hoc damnum levare poteſt, & eluere labes facinoris quod inexpiabile merito ſuâ ætate vocaverat Barthius.

Teſtimonia & exempla atque auctoritates in Heſ. omiſſa, ex Apollon. reſtituuntur.

Doctiſſimus & nunquam ſatis laudandus Ruhnkenius, in Præfat. 2. vol. Heſ. non dicere veretur, conſtantem virorum doctorum fuiſſe opinionem, non eſſe Heſ. Lexicon, quale nunc ſupereſt, tale quale olim ab ejus manu profectum ſit, ſed ab Epitomatoribus contractum eſſe & mutilatum, a librariis fœdiſſime corruptum, a ſciolis denique nullius pretii gloſſis interpolatum. Et lætatur ſe, quam diverſus fuerit verus & integer Heſ. a contracto, lacerato, depravatoque, luce clarius demonſtrare poſſe, ſcilicet exemplo Lexici cujuſdam Rhetorici Mſ. Sangermanenſis, cujus ſpecimen dedit Montfauconius *Bibl. Coiſlin.* p. 491. interpolati Heſ. gloſſis, non, ut dicit, truncati, mutili, corrupti, quo nunc melioris deſiderium levamus, ſed integri, illibati, & omni labe carentis; atque affirmat illas gloſſas, ſi crebriores fuiſſent, magnam Heſ. partem ad priſtinum nitorem & integritatem nobis revocaturas fuiſſe. Quod nos hodie noſtri

Apollon. ope, multo amplius, multo largius, paſſim præſtitiſſe gloriamur. Nam, ut ibidem ipſe fatetur Clar. Ruhnken. Lexici Rhetorici interpolator Heſychianas gloſſas largius ſolum inferſerat litteris A, B, & Γ. Parcius litteris Δ, Z, K, Ξ. Reliquas ne attigerat quidem. Præterea, eodem teſte, in hoc ipſo Lexico Rhetorico, magno, & ipſius Lexici, & litterarum, detrimento, veterum ſcriptorum auctoritates hic illic ſublatæ ſunt. Unde eas, quas ipſum non habet, Heſychio reſtituere non valeat, & ſic maximum reſarcire damnum, cui ſolus ſuccurrere poteſt Apollonius; qui plus quam triginta vetuſtiſſimorum Grammaticorum, & ſcriptorum, fere omnium deperditorum, nomina & ſententias, ad præcipuas Gloſſas ſuo quæque loco allegata, magno Homeri, majori Heſychii & excitatorum Grammaticorum, ex quorum operibus partem in lucem vindicat, maximo denique totius Reipublicæ Litterariæ bono, quam novo lumine perfundit, noviſque locupletat acceſſionibus, præter ſpem atque expectationem feliciſſime conſervata repræſentat. Ruhnkenius merito obſervat, in Præfat. 2. vol. Heſ. p. 6. hunc Lexicographum, quod & ipſum Apollonium (a quo omnia ſua Homerica hauſit Heſ.) in ſuo Lexico feciſſe videmus, ſingulis Homeri vocibus diverſorum Grammaticorum, maxime Ariſtarchi, Apionis & Heliodori, interpretationes ſubjeciſſe, eaſque, inter ſe ſi diſcreparent, nomine auctorum diſtinxiſſe. Verum addit inſcitiam Epitomatoris omnes omnium Grammaticorum explicationes, etiam ſi inter ſe non congruerent, in unum conflaviſſe, & Grammaticorum nomina, tanquam nihil magnopere ad rem pertinentia, pleriſque locis deleviſſe. Idem, ut oſtendat quam diverſa fuerit Heſychii facies, antequam Epitomator fœdas illi manus intuliſſet, ad Auc-

tarium Emendationum ſuarum in Heſ. lectorem ablegat, duobus tantum hîc contentus exemplis, in quibus Grammaticorum nomina ſunt ab Epitomatore ſublata. Et minus hâc de re, ſcilicet exſecta fuiſſe Grammaticorum nomina, eum dubitaturum eſſe ſubjicit, qui Apollonii Lexicon Homericum cum Heſychio contulerit. Nam, inquit, Apollonius idem, quod Heſychius, inſtitutum ſecutus, modo commemorat Ariſtarchi, modo Apionis, modo Heliodori, modo aliorum explicationes, ſi quid præcipui habeant, & a communi opinione recedant. Quæ interpretationes, addit, prope omnes etiam in Heſ. reperiuntur, ſed Grammaticorum nominibus omiſſis, non profecto Heſ. culpâ, cui aliam rationem placuiſſe ex præfatione liquet, ſed ejus qui maximum ampliſſimumque Lexicon in compendii anguſtias coëgit. Poſt hæc verba idem Clar. vir duo Heſychiana affert loca, in quibus, relictâ ab Epitomatore interpretatione, auctoritas Critici ſublata eſt, & ex ſolo Apollon. reſtitui poteſt. Ac poſtremo concludit, ſic aliis locis non modo Ariſtarchi, ſed etiam Apionis & Heliodori, nomina ejecta eſſe, remanente illorum explicatione, ex eodem Apollonio demonſtrari poſſe. Nos igitur hîc doctiſſimi Ruhnkenii exemplum ſecuti, & eâdem procedentes viâ in hoc noſtro Apollon. cum Heſychianis Gloſſis conferendo, perficiemus quod Clar. Criticus indicavit, & in quo præivit exemplo, atque uno conſpectu ſub oculos Lectorum ponemus, quot & quantorum Grammaticorum nomina ab Heſychii exſcriptore deleta atque omiſſa, ope noſtri Apollonii quaſi e fugâ retrahi, ſuiſque attribui ſedibus poſſint: ſingulaque hîc notabimus & deſignabimus Heſ. loca, in quibus exſecta horum Criticorum auctoritas revocari poſſit, & accurate indicata definiemus

uniuſcujuſque Heſychianæ gloſſæ vocabula, poſt quæ inſeri debeant hæc nomina revocata, & juſtis, quod aiunt, vindiciis in certam ac propriam, unde fuerant dejecta, ſedem reſtituta. Quod certe ad id multum proderit, ut, ex parte, Heſ. lacunas expleamus, audax ejus Librarii facinus, & damnum perfidâ manu illatum reſarciatur, & uniuſcujuſque explicationis pretium & fides certo conſtitui & æſtimari poſſit ex auctorum auctoritate, cum compertum habebimus quid, & ex quibus Grammaticis, ex quam celebribus, aut obſcuris, Criticis hauſerit Heſ. ut omnia ſuis ponderentur momentis & æquâ lance perpendantur. Nemo enim inficias ibit quin ſcire interſit hæc ne, aut illa, explicatio, Ariſtarchi auctoritate confirmetur, an ſolo leviſſimi Græculi teſtimonio innitatur, aut ex ipſiuſmet Heſ. cerebro profluat. Immo, hâc occaſione datâ, quædam hîc quoque Heſ. loca, novâ ejuſdem cum Apollonio comparatione inſtitutâ, emendare conabimur.

Loca in quibus auctoritates, apud Heſ. ejectæ, ope Apollon. revocantur. Apio reſtituitur.

Ac primo quidem Apionis nomen ab Epitomatore, ſeu ab ipſo autore, omiſſum, ex Apollonii indicatione, in Heſychio reſtitue, voce Ἀθαρβαρέη, & collocatum inſere poſt hæc verba, ὄνομα Νύμφης. In Αἰηλον, poſt πυρῶδες. In Ἀιμασιὰς, poſt ἐφ' ἣν σὺν ἔστι ἐμοῆναι, pro quo Apollonius habet, ἐφ' ἃς σὺν ἔστιν ἐπιβῆναι. In Ἀμάρη, poſt ὁμαλῶς ῥεῖν. In Ἄρηλον, poſt πολυχρήνιον. In Ἄσυ, poſt ἀνίσασθαι, pro quo Apollon. habet ἀνεσάλθαι. In Ἀυδήεσσα, poſt ἔνδοξος. In Βέρεθρον, poſt πηλώδης τόπος. In Ζαφελῶς, poſt μεγαλοκότως. At in Ζῶστρα, per τινὲς δὲ, τὰ ἐνδύματα, Apionem Heſ. intelligit, ut patet ex Apollon. qui hîc addit, ἀπὸ ἀνδρῶν, ut & aliud Lex. Sangermanenſe Mſ. a nobis hâc voce laudatum. In Ἡμιελὶς, poſt ἐξημερῶν ἡμᾶς, pro quo Apollon. habet ſimplex ἡμερῶν. Fortaſſe in Θαλτωρὴ, poſt ἡδονή. In Θὴς, poſt θοῶς ὀρέων. In Θρυαλίχθη, poſt συνεθραύσθη. In Κλυλοπώλη, poſt ἱππικὸς ἀγαθός. In Κλιτὺς, poſt κα-

σαφερῆ τὸ ὑδάτων. In Κλωμακόεσσαν, post τραχεῖαν ἢ ὀρεινὴν σημαίνει. In Κνώδαλα post ἐν ἀλὶ κινούμενα. In Κόνιν ἀιθαλόεσσαν, post μάχην, ἀγών. In Κορώνη, post λάρος. In Κορύνη, post κολόρβαν. In Κοτύλη, post κοῖλον τὸ χειρός. In κρῖ, post γένος τί, ubi Apollon. ex Apione addit, ἐ πάντως κρίθη; unde explicatur τὸ Hes. γένος τί. In Λαοδρύσας, post πραγλωσσάων. In Λαῖτμα, per οἱ μὲν, ὄρμημα, intelligit Apionem, quem Λαῖτμα sic interpretatum fuisse Apollon. docet. In Λαοσόος, post τὰς λαὰς σώζουσα. In Λειριόεντα, post ἡδεῖαν. In Λήϊον, post, ἀπὸ τοῦ λειαίνειν τὴν τροφήν; pro quo restitue, λειαίνειν τῇ τροφῇ; ut habet Apollonius: λειαίνει γὰρ τῇ τροφῇ. In Μεσύδμη, post ἕως ἐς ἰσθμόν. In Μελαμώνια, post ἀνεμοφόρητα. In Μόθος, post μάχη, πόνος. In Νειαίρῃ, post καλλιστάτῃ. In Νέποδες, post νηξίποδες. In Νηγάτεον, post δὲ νεηνεμίον. In Νηπύτιον, post ἄφωνον. In Νιφάδες, post ψεκάδες. In ὀθόνας, per, τινὲς δὲ, ζώνας ἀποδεδώκασι, Apionem intelligit; ut ex Apollon. colligi potest. In Οἰσυΐνοισι, post γένος ῥοιᾶς. In Ὀνειρείῃσι πύλῃσι, post τῷ ὕπνῳ; quemadmodum fortasse in Apollonio legendum, pro τοῦ ὕπνου. In Ὀξυόεντι, post ὀξεῖ. In Ὀρθυγίῃ, post ὀρθὴν καλαβαίνοντα. In Ὀρεσκῴοισιν, post ὀρεσοίκοις, ἢ ὀρεσκοίτοις. In Οὐθαῖα, post μαστοί. In Οὐλοχύτας, post κατέχειν. In Παλλὰς, post παίουσα τὰς αὐλούς; quem Hes. locum ex Apollon. restitui p. 633. In Παλάξαι, post συνθρᾶυσαι, ut in Apollon habetur, & recte, pro συνθρόησαι, in Hes. scribendum jussit J. F. Gronovius. In Παλιφάγου, (pro quo Apollon. male habet παλαφάτου,) post πάλαι ἰθιομβρίης. In Πεξαμβίη, post κλεισαμβίη τὰς τείχας, pro quo Apollon. simpliciter ex Apione adfert, πεξαμβίη, omisso τὰς τείχας. In Πεφρήδοι, post εἶποι, pro quo Apollon. habet ἂν εἶποι, quod, ex emendatione certissimâ Clar. Alberti, mutandum in ἀνείποι. In Πολιόν τε σίδηρον, post λάκκος φαίνεται. In Πόρδαλις, post ὠθίζεσθαι, pro quo, ut in eodem Hes. emendabat Sopingius, πυράλλεσθαι, & supra προάλλεσθαι, pro προαλέσθαι, habet Apollon. In Πότνα, post δέσποινα. In

προσοῦλις, (pro quo lege cum Apollon. & Hom. Il. M. 277. προσοάνλο.) poſt προσφύσεις. In Προλισάλειαν, per οἱ δὲ, κωλίους, intelligit Apionem. In Πυκινὸν... (Πυκινὸν) λέχος, poſt τράμαλα συντίθεσθαι. In Πυλάρταο κρᾶτος, poſt πυλαρᾶ ἰχυρᾶ, ut recte ex Apollon. pro πυλαρὰς ἰχυρὰς. emendavit Clar. Alberti. In Πυρὸς, poſt ψαμὸς. In Ῥῆτραι, poſt ὁμιλίαν. In Σκῶλος, poſt ῥάδδος, ubi Apollonius ex Apione addit πεπυρακλωμένη. In Σμώδιξ, poſt ἀπὸ πληγῆς ἴσθημα. In Σόλοι, poſt ἢ σιδηρᾶν; ubi in Apollonio, voce Σόλος, pag. 728. pro ὅτε δὲ δίσκος λίθινος, fortaſſe legerem, ἔστιν ὅτε δέ. In Συνέρρηκται, poſt σωίφθαρται. In Σφαγγύλο, poſt ἰψόφων. In Σχέτλιος, poſt τάλας, ἀγνώμων. In Σῶκος, poſt σωτήριος. In Τρηλοῖσι, poſt ἰμᾶνλα τοῖς, pro quo ἰμανλωτοῖς legit Is. Voſſ. Vide Apollon. p. 784. In Τείγληνα, poſt γλῆναι γὰ, οἱ ὀφθαλμοί. In Τείρεος, poſt λέοντος, ubi forte addendum ἀναθεμαλικὸς, ex Apione qui, apud Apollon. p. 786. explicat, λέοντας ἀναθεμαλικὰς, ubi emendavimus ἀναθεμαλικούς. In Τῷ κε, poſt ἔστω γὰ ἄν. In Ὑπάτη, (lege Ὑπάτῃ) poſt πλησία, pro quo lege πλησίᾳ, & ſupra, in dativo, ὑπερτάτῃ, ἀνωτάτῃ, ob verſum quem reſpicit Heſ. & laudat Apollon. ex Il. Ψ. 165:

Ἐν δὲ πυρῇ ὑπάτῃ. ——

In Ὑπεμνήμυκεν, poſt κλαίει. In Ὑποσαχύοιλο, poſt ὑπαύξοιλο. In Φαλὸς, per ἴνιοι, λευκὸς ἵλος, intelligit Apionem, qui, teſte Apollonio, explicat, ὁ λαμπρὸς καὶ λευκὸς τῆς περικεφαλαίας ἵλος. In Φιλομειδὴς, poſt φιλόγελως; & ſic ſequentia in Heſ. lege: φιλῆσαι τὰ μειδιάματα, ἱλαρά. In Φλοῖσβος, poſt τάραχος. In Φυλίης, per οἱ δὲ, εἶδος δένδρου ὅμοιον πρίνῳ, intelligit Apionem qui, in Apollon. ſimpliciter explicat, γένος δένδρου, male omiſſis ultimis, quæ exciderunt, vocabulis, ὅμοιον πρίνῳ. In Χρυσάμπυκος, poſt Χρυσοχαλίνου. Sed hîc lege in Heſ. ut habetur in Apollon. & Hom. Il. E. 358. ac alibi, Χρυσάμπυκας, χρυσοδέσμους, χρυσοχαλίνους. (κατὰ τὸν Ἀπίωνα.) Denique Apion. reſtitue in Ὠμησαὶ, poſt ὠμοφάγοι. Contra apud Heſ. nomen Apionis occurrit, quod

ex

ex Apollonio abeſt, in Ἄδις, ubi ſic habet: Ἄδις. ὡς Ἀπίων, ἀθρόοι. ἢ ἰχάρα. Hîc ſummus Hemſterhuſius, pro ΑΔΙΣ, recte legit, ex Homero, ΑΛΙΣ; quod confirmatur auctoritate Apollonii qui, p. 118. Ἄλις explicat Ἀθρόως, ἱκανῶς, quod ultimum neſcio an non reſtitui poſſit pro Heſychiano, ἡ ἰχάρα, aut ἢ ἰχάρα, quemadmodum volunt Hemſterhuſius, & poſt eum Alberti. An illud ἡ ἰχάρα, corruptum eſt ex Homerico exemplo Il. Φ. 319:

——Ἄλις χεράδος περιχεύας.

Vel ex Il. Ξ. 122:

——Ἄλις δέ οἱ ἦσαν ἄρυραι?

De his conjecturis, quæ ſe aliquâ veritatis ſpecie commendant, ſed quas timidiſſime proponere decet, valde dubitamus. Apio laudatur in Θαλαμηπόλῳ apud Heſ. qui Apollonii gloſſam, unde fortaſſe aliquid excidit, hîc valde augere poteſt. Sic Apionis mentio, ab Apollon. omiſſa, occurrit apud Heſ. vocibus Μηκάδες, Ὑυδενόσωρα, Πόποι, & Φοινήενλα. Quod vero ſpectat ad vocem Ἀγυρτὲς, ubi ab Heſ. laudatur Apio, ea nec Homerica fuit, nec proinde in Homerico Apionis Lexico reperiri potuit. Sic habet Heſ. Ἀγυρτές. συναθροισὲς, μάνλεις· ὡς Ἀπίων. Hîc obſervat Alberti hanc vocem extare Antholog. L. 1. p. 64. & citari a Suidâ: ubi Portus notat illius Epigrammatis auctorem Alcæum vocari, non Apionem. At vero hi Lexicographi non deſignare voluerunt hanc vocem ab Apione uſurpatam, ſed ab hoc Grammatico explicatam fuiſſe per συναθροισὲς.

Apio ſimiliter laudatur & apud Heſ. & apud Apollonium, in iiſdem vocibus, ſcilicet in Ἀισυμνητῆρι, pro quo Apollon. habet Ἀισυντῆρι, in Ἰουθάδος, in Κὴξ, in Μήιμα, pro quo Apollon. legit Μῆις, & poſtremo in Χαμαιδωάδις.

Apion pariter in Etymol. Magno & Apollon. in conſonantibus laudatur, in Ἀπαδμή, apud Etymologum p. 152. & in Ἄπι, apud Apollon. p. 210. In Κλιτὺς, apud Etymol. p. 519. & Κλιτὺς, apud Apoll. p. 486. In Κορώνη, p. 530. apud Etym. at apud Apoll. p. 494. In Σκῶλοψ, apud Etym. p. 719. at apud Apollon. p. 726.

Apud Etymologum vero ſolum allegatur Apion p. 329. in Ἐλιφαντίνη, ubi eam Ὀυχίνλω potius vocandam eſſe contendit. Quæ verba, opinor, deſumpta ſunt ex ejus *Hiſtoriâ de ſingulis gentibus*, quam memorat Suidas. Laudatur & p. 371. in Ἐρίχθων, quod occurrit Od. E. 83. & 157. & p. 514. in Κινυρή, quod habetur Il. P. 5. ac in Κολαφίζω p. 525. Quod quidem ultimum nomen cum a Græcis tranſierit ad Latinos, qui dicunt *colaphizare*, & *colaphus*; (Terent.) hanc gloſſam excerptam puto ex ejus Libro περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς Διαλέκτου, cujus meminit Athenæus libr. 15. Citatur & p. 541. in Κρόταφοι, ex ipſius Lexico Homerico. In Ὀπὸς & Ὀπωπὴ p. 628. in Ὄρχαλος p. 634. in Παλύνω p. 650. in Πείρινθα p. 668. in Σφάραγον p. 737; & hæc omnia ex eodem Lexico Homerico. Quæcumque autem Etymologum ſolum ex hoc Lexico attuliſſe hîc indicavimus, hæc in Apollonio, cujus omiſſa loca hinc expleri poſſunt, deſiderari annotandum eſt.

Ariſtarchus reſtituitur.

Ariſtarchi nomen pariter ab Heſychio, ſeu ab ejus Epitomatore omiſſum, ex Apollonio reſtitui & indicari poterit apud eumdem Heſ. in Ἀδίων, poſt ὄνομα ἔθνους. In Ἆθλα, poſt τὰ ἐπαθλα, & in Ἆθλον, poſt ἔπαθλον. In Δυσηλεγέος, poſt κακοκοιμήτου. In Ἑκατόγχειρον, poſt διὰ τὸ μέγεθος. In Ἐμπλήγδην, poſt ἐμμεταβόλως. In Ἐπαιγίζουσα, poſt πνέοντα ἄνεμον. In Ἐπήτεος, poſt συγνώμονος. In Ἐπίηλε, poſt ἔπεμψεν, pro quo melius, ex eodem Ariſtarcho, Apollon. habet ἐπεισέπεμψεν. In Ἐπιήρανα, poſt ἐπικερδῆ καὶ τὰς ψυχάς. Fortaſſe ſupra, in Ἐπίηρα pro Ἀντίμαχος, legerem Ἀρίσταρχος; &, tribus articulis ſimul conjunctis, hunc Heſ. locum miſere luxatum ac in

tres male divulsum, ad imitationem Apollonii, refingere sic auderem: Ἐπίηρα· τὴν μετ' ἐπικουρίας χάριν μεγάλην, ἢ ἐκ τῆς περιουσίας.

Μητρὶ φίλῃ ἐπίηρα φέρων. —— (Il. A. 572.)

ἐν δὲ τῷ·

—— Ποδάνιπτρα ποδῶν ἐπίηρ' ἀνὰ θυμόν, (Od. T. 343.)

τὰ ἐπικουρητικὰ τῆς ψυχῆς. Οὕτως (seu ὡς) Ἀρίσταρχος. Restituenda apud Hes. prætermissa Aristarchi laudatio & in Ἕρμινα, post πόδα κλίνης. In Ζῶμα, ubi, per ἄλλοι, τὸν θάρακα, Aristarchum intelligit. In Ἰόμωρει, post ἰὸς ὀξεῖς ἔχοντες. In Καλάμη, ad finem articuli. In Κατὰ σιφάνης, post ἀκρωρείας. In Κερδαλεόφρων, post τετέσι ἀλώπεκος. In Κῆλα, post βέλη θεῖα. In Κραδυτάων, post πρὸς ὄψησιν. In Κραιαιγύαλοι, post τέρροὶ κατὰ κύτην, ubi lego κῦτος. In Κρῖ, post κριθή. In Λάων, per οἱ δὲ, ἀπολαυσικῶς ἔχων, ἰσθίων, intelligit Aristarchum. In Μήκιμα, post κότος ἐπίμονος. In Νέον ἠδώνλα, sequitur interpretationem Aristarchi. In Νεῶν σὶ' ἀλάπαξε φάλαγγας. In Ὄρθια, post ἀναλελαμένα, ubi Apollon. habet, levi discrimine, ἀναλελαμένως. In Περιῤῥηδὴς post περιτροδηθείς, ubi Apollon. minus bene habet simplex τροδηθείς. In Πεφράδοι, post διασημαίνει. In Πλωτὴ, post ἐπιπλέουσα, pro quo Apollonius, melius in dativo, sed minus bene simplici verbo utens, legit πλείσῃ; quamvis πλέουσα ediderit ex vitioso Apographo Clar. Alberti. Unde in Hes. legerem, πλωτῇ, κινουμένῃ καὶ ἐπιπλεούσῃ, ὡς Ἀρίσταρχος, seu οὕτως Ἀρίσταρχος, vel etiam, κατὰ τὸν Ἀρίσταρχον. Revocanda ejusdem Aristarchi memoria in Πολύαιγε, post πολλῷ ἐπαίγε ἄξιε. In Σίνλιες, post Λῆμνον οἰκοῦντας. In Σκῶλος, post ἀκάνθης εἶδος. In Σμινθεύς, post ὁ ἐν τῇ Σμίνθῃ τιμώμενος, ubi, pro Σμίνθῳ, legerem Σμινθῇ. Nam, ut ait Apollon. p. 726. est ἐπίθετον Ἀπόλλωνος, κατὰ τὸν Ἀρίσταρχον, ἀπὸ πόλεως Τρωϊκῆς, ΣΜΙΝΘΗΣ καλουμένης. In Στιφάνην, post ὄρος ἐξοχή. In Σῶμα, post στῶμα. Et post sequentem in Hesychio vocem, scilicet, δέμας, excidisse puto, ἐπὶ τῆς ὕλης εἰρῆσθαι; ut opponatur τῷ σῶμα, quod

teſte, apud Apollon. p. 754. Ariſtarcho, ſemper in Homero pro *cadavere* uſurpatur. In Ὑπεροπλίοσαιλο, poſt νικήσειν. In Φόος, poſt φυγή. Quod ſpectat vero ad hanc Heſ. gloſſam, Φύζα, φυγὴ, φόος, ἀθυμία, δωλία, hæc hiſce Apoll. verbis explicatur: Φόος· Ἀρίσταρχος σεσημείωται, ὅτι συνήθως φόος ἐπὶ τῆς φυγῆς· φύζα δὲ, ἐπὶ τῆς μετὰ δειλίας φυγῆς. Poſtremo in Ὧδε, per hanc hujuſce vocis explicationem, ὕτως, & εἰς τοῦτον τὸν τρόπον, reſpicit Ariſtarchi ſententiam, qui in hoc verſu ex Iliade Σ. 392:

Ἤφυσε πρόμολ' ὧδε, ——

interpretatur τὸ ὧδε per ὡς ἔχεις, ἐκ προχείρου, μηδὲν ἀναβαλλόμενος. Vide Apollon. in Ὧδε.

Contra Ariſtarchus ſimul laudatur in Apollonio & in Heſychio, in vocem Αἰψηρὰ apud Heſ. at in fine articuli Αἶψα, apud Apollon. p. 86. qui quidem eadem fere, ſed brevius ac contractius infra repetit in Λαιψηρὰ p. 516. Ariſtarchus laudatur in Ἀντιάνειραι apud Heſ. & apud Apollonium, primo quidem in Ἀλλ' p. 152. at deinde, in Ἀντιάνειραι p. 160. eadem, ſed ſuppreſſo ejus nomine, affertur explicatio. Ariſtarchus apud Heſ. & Apollon. Ἰωγὴ explicat per σκέπη. At apud Apollonium omiſſa Ariſtarchi citatio, cum de Ἀσφοδέλῳ p. 214. ſimpliciter dicit: ἔστιν δὲ φυτόν. Contra Heſ. addit: ᾧ τὴν ῥίζαν ἐδώδιμον φησὶ Ἀρίσταρχος, καὶ ἅπαν εὔοσμον. Sic, cum p. 632. Apollon. τὸ πάλιν interpretatus fuiſſet εἰς τὐπίσω, largior hîc, præter ſolitum, Heſ. hanc adjicit Ariſtarchi obſervationem: Ἀρίσταρχος τὸ πλέον πάλιν τοπικῶς χρῆσθαι φησὶ τὸν Ποιητὴν, καὶ οὐχ, ὡς ἡμεῖς, χρονικῶς.

Apud Heſ. legitur, Πράκες, Ἀρίσταρχος, κλανίαι ἔλαφοι. Ego reſcriberem, Πρόκες, Ἀρίσταρχος, νιάνικαι ἔλαφοι. Nam Νιανίας adjective ponitur, ut apud Euripid. νιανίας λόγος, *juvenilis ſermo*. Dicitur πρόκας

Od. p. 295. Sic apud Apollon. p. 680. Πρίκας. Οἱ μὲν, ἱλάφκς.

Cæteræ autem voces quæ ex Ariſtarcho apud Heſ. afferuntur, eæ nec Homericæ ſunt, nec proinde hîc conferendæ.

Heliodori mentionem, quæ excidit, ex Apollonio reſtitue apud Heſ. in Ἄλφησιν ἄνθρωποι, poſt βασιλεῦς, ἔνλιμοι. In Ἀνδραχθέσι, poſt ἀνδράσιν ἄχθος ποιῆται. In Μολίονες, (pro quo legerem Μολίονε ex Il. Λ. 708. & ex Apollon.) poſt γυναικός τινος υἱεῖ. In Σαόσται (pro quo legerem Σαώσλαι ex Il. Γ. 27.) poſt ἀποδιάκωσι, cui præferrem eâdem de cauſâ ἀποδιάκωσι; cum Apollonius p. 716. ex Heliodoro τὸ σαώσλαι interpretetur σωθῶσι μεθ' ὁρμῆς. In Σκίδνατα, poſt χαρίζεται, quod mallem quam τὸ Apollonii χαριζεσθαι, ex Heliodoro allatum p. 724. In Σπιλάδες, ſub finem articuli. In Σταυροὶ, poſt ἀπὸ τῦ ἑσάναι σαυρός. In Στύξαιμι, poſt ἀγάγοιμι, pro quo Apollon. ἄγοιμι. Apud Apollon. qui citat Heliodorum in Στρόγεσθαι p. 742. pro σρατόεσθαι, legerem σραγγόεσθαι. Reſtituenda apud Heſ. Heliodori mentio in Σφαραγδῦντο, poſt κατεσπονδῦντο. In Ταγύγλωσσι, poſt ἔχονλες τὴν γλῶτταν, ubi legendum ex Apollon. ἔχυσαι, pro ἔχονλες, cum referatur ad κορῶναι fœmininum, ex Od. E. 66. In Ταναύποδα, poſt κατὰ τὴν ἀδοιπορίαν. In Τάρπησαν, poſt τέρψιν (Sic lego pro τέρπιν) ἔλαδον, pro quo Apollon. ἀπηνέγκανλο habet ex Heliodoro, p. 764. In Τρηλοῖς ἐν λεχέεσσιν, poſt τετρημένοις. In Τρίγληνα, poſt τρίκοκκα, pro quo Apollon. habet ex Heliodoro, τρίκορα, p. 786. In Ὑγρὸν ἔλαιον, poſt εἰς ἄνεσιν ἄγειν τὸ σῶμα. In Ὑπονηίῳ, poſt ἰδίσμδυον τὰς νᾶῦς. In Ὑπὲρ μόρον, quod apud Heſ. diviſim legitur, poſt Ὑπέρμορα, ubi Heſ. ſequitur lectionem & interpretationem Heliodori qui, teſte Apollon. p. 814. ὡς δύο μέρη λόγυ ὄντα προφέρεται, καὶ φησὶν, ὑπὲρ τὸ καθῆκον, cum contra Ariſtarchus ibidem laudatus conjunctim legat, & τὴν δευτέραν ὀξυλονῶν, ὑπερμόρως ἔχει. In Ὑποδμὼς, poſt ὑποδεδαγμένος; ſed cum Apollon. p. 814.

Heliodorus reſtituitur.

ſcribat, Ὑποδμώς... ὁ μὲν Ἡλιόδωρος, δμὰς ὑποδεδεγμένος, in Heſ. omiſſum puto τὸ δμὰς, poſt ὑποδμὼς, & lego : Ὑποδμώς. Δμὰς ὑποδεδεγμένος, κατὰ τὸν Ἡλιόδωρον. In Φυλίης, poſt εἶδος ἀγριελαίας, quod mallem in Apollonio quam γένος ἐλαίας; cum deinde addat : λέγεται γὰρ ὅτι ἡ ἀνήμερος ἐλαία, φυλία λέγεται. In Χοίνικος, poſt αἱ ἀπὸ μέρας τροφαὶ, ubi, pro αἱ ἀπὸ μέρας, Menagius αἱ ἡμερήσιοι τροφαὶ, vel ἐφ' ἡμέραν, Florens Chriſtianus ἡμέρας τροφαὶ, Corſinus ἀὶ ἡμερότροφαι, vel ἀὶ ἀμφημερότροφαι, Guyetus, ex Strabone, μέτρα, pro μέρας, male emendabant. Sed vera Heſ. lectio, a doctis viris immerito ſollicitata, plane confirmatur auctoritate Apollonii, qui in Χοίνικος ſic loquitur: ὁ Ἡλιόδωρος εἴλκει δηλῶν ἀπὸ μέρας τροφῆς (lego τροφὴν) ἐκ ἀπιθάνως. Recte Kuſterus viderat τὸ ἀπὸ μέρας, & hîc, & alibi, apud Heſychium ſignificare a *parte*, ſive *per ſynecdochen partis pro toto*.

Contra Apollon. p. 44. dicit τὸ Ἀδδὺκει in quarto Odyſſeæ libro ſignificare ἀνεικάσῃ. Hîc Heliodori mentionem, quæ in Apollonio omiſſa eſt, reſtitue ex Heſ. qui habet : Ἀδδύκει... Ἡλιόδωρος δέ φησιν ἀνεικέσῃ, pro quo lege cum Clar. Alberti, ἀνεικάσῃ. Heliodorus pariter citatur in Ἀνάπυστα, apud Apollon. p. 168. & apud Heſ. p. 336. At vero allegatur apud ſolum Heſ. in Ἀμενήνωσεν, & Ἀνακλοιήσι, & Ἀναγωγὴ, quæ ultima vox non eſt Homerica.

Herodorus reſtituitur. Herodori mentionem apud Heſ. in Ἐπιδώτορι μήλων, ſub finem articuli prætermiſſam, reſtitue ex Apollonio p. 342. ubi male legitur Ἡσίοδος, pro Ἡρόδωρος.

Zenodotus reſtituitur. Zenodori, ſeu potius Zenodoti, ut ſupra dictum, nomen apud Heſ. revoca in Ζῶσμα, poſt τὰ ζώματα, τὰς ζώνας.

Apollodorus reſtituitur. Heſ. ex Apollodoro deſumpſit explicationem τῇ Ἀτάλλει per σκιρτῷ redditi, quæ legitur in Apollon. p. 218. &, ex ejuſdem ſententiâ, τὸ Ὀισπόλῳ explicat, ἐν ᾧ ὄϊες πολοῦσιν.

Apollonius Charidis ſi- Apud Heſ. in Φήνη, poſt εἶδος ἀετοῦ, quaſi e fugâ retrahe memo-

riam Apollonii Charidis filii, & Ariſtotelis, qui in hanc vocem laudantur apud noſtrum Apollon. p. 824. lius reſtituitur.

In Μῶλυ Heſ. per οἱ δὲ, τὸν λόγον, δι' ὃ τὰ πάντα μολύνεσθαι, ὅ ἐστι προσγίνεσθαι, intelligit explicationem Cleanthis philoſophi, quam p. 560. ſic affert Apollonius: Μῶλυ... Κλεάνθης ὁ φιλόσοφος ἀπηγορικῶς φησι δηλοῦσθαι τὸν λόγον, δι' ὃ μολύονται καὶ ὁρμαὶ καὶ τὰ πάθη. Ejuſdem ſententiæ, ſuppreſſo auctoris nomine, ſic meminit Etymolog. Μῶλυ· παρὰ τὸ μωλύειν, τουτέστι πραΰνειν καὶ καταστέλλειν τὰς φθοροποιὰς ἐννοίας. Μωλύειν δέ ἐστι τὸ ἀμύλῦναι καὶ κωλῦσαι. Hanc in Heſ. interpretationem valde frivolam merito vocat Meibomius. Sed nonne hoc eſt, φιλόλογον καὶ οὐκ ἄηδες, ut cum Plutarcho loquar, cognoſcere eam fuiſſe Cleanthis ſententiam? Porro in his Heſ. verbis, δι' ὃ τὰ πάντα μολύνεσθαι, ὅ ἐστι, προσγίνεσθαι, pro προσγίνεσθαι, quod tantopere torquet ac angit Clar. Alberti, lego πραΰνεσθαι, ſeu, quod propius accedit, παραλύεσθαι. Supra idem Heſ. habet: Μωδύει. (recte μωλύει conjicit Alberti) θάλπει, μαραίνει, (pro quo lego μαραίνει, cum Etymol. explicet ἀμύλῦναι) ἐκλύει, unde, pro προσγίνεσθαι; emendavi παραλύεσθαι. Infra confer. Heſ. in Μωλύεσθαι, Μολύκνον, Μώλυκα, Μώλυξ, Μωλυρὸν, Μῶλυς, ac poſtremo in Μωλύτερον. Immo, (quæ vox abeſt a Lexicis,) ipſe Cleanthes apud Diogen. Laert, in ipſius vitâ, a Timone vocatur μωλώπης, quod, teſte eodem Laertio, eſſet ἀφύσικος καὶ θρασὺς ὑπερβαλλόντως. Cleanthes reſtituitur.

Apud Heſ. in Ἀτάλλει, poſt τρίφει, τιθηνεῖ, reſtituenda Comani mentio, cum ſic habeat Apollon. p. 220. Ἀτάλλει... ὁ δὲ Κόμανός φησι, ἐκ νηπίου τρέφειν; unde in Heſ. ante τρέφει, adderem ἐκ νηπίου. Revoca pariter Comani nomen in Ὁλοοίτροχος, poſt ὀλίγα τρέχων, pro quo legerem ὅλος τρέχων, ex Comano apud Apollon. p. 596. Heſychii gloſſam in Στέφανος πολέμοιο exple ex Comano in eamdem gloſſam laudato apud Apollon. p. 734. Comanus reſtituitur.

Non ſolum vero ad explendas Heſ. lacunas, eumque

reſtituendum, ſed etiam ad illum a falſis paulo audaciorum Criticorum emendationibus, quod non ſemel præſtitimus, vindicandum, ad veram ejus Lectionem, quæ immerito ſollicitata fuerat, confirmandam ſtabiliendamque, plurimum conferre poterit Apollonius. Quo quidem auxilio & patrocinio hoc magis indiget Heſ. quod cum nullo Cod. Mſ. cujus ei vicem præſtat Apollonius, conferri potuerit, aut hodie poſſit. Nullus enim hujus Codex, quod merito miratur Alberti, huc uſque repertus eſt. Quâ de re ab eo conſultus Clar. Montfauconius, Lexici Heſychiani Codicem Mſ. nuſquam vidiſſe ſe reſcripſit; quam fuiſſe & Suiceri ad Wetſtenium ſcribentis querelam video. [1]

At dices: in ſolis Homericis vocabulis lucem accipiet Heſ. cum hæc ſola explicanda, & exemplis, quæ nunc in Heſ. perierunt, confirmanda ſibi propoſuerit tuus Apollonius. Sed quid ſi hæc ſit præcipua pars Heſychiani Lexici? Unde Heinſius in præfat. quam ſuo Heſ. præpoſiturus erat, haud immerito adfirmat, Homericis dictionibus magnâ ex parte conſtare Lexicon hoc; proptereaque, niſi qui in Homero diligenter verſetur, eum vix habiturum quidquam quod in Heſ. emendet. Ut poſtea monuit Clar. Ruhnkenius in præfat. 2 vol. Heſ. gloſſas Homericas eſſe non minimam partem Lexici Heſychiani. Et ſingulare illud doctiſſimæ Sueciæ decus, Clar. Laurent. Norrmannus, non ſatis nobis,

---

[1] Dolet quoque Clar. Ruhnkenius in Præfat. ad ſecund. Heſ. vol. ne communem quidem librorum ſtragem evaſiſſe qualemcumque Codicem, quem Aldus Pius Manutius primus Venetiis edidit, prodeuntem ex inſtructiſſimâ Jo. Jac. Bardelloni, Mantuani nobiliſſimi, Bibliothecâ; qui, teſte eodem Manutio in ſuæ Edit. Præfat. hunc unicum Codicem penes ſe tantum eſſe ducebat; &, ut addit, vere fortaſſe: nemo enim extare alium audiverat.

pro

pro egregiâ ſuâ eruditione, cognitus, in Notis ad Ariſtidem, Orat. Κατὰ τῶν ἐξοχῆς. p. 155. doctiſſimum illum Grammaticum annotaverat Homeri τὰ ἄπαξ εἰρημένα (in quibus præcipua verſatur difficultas) Gloſſemaſi ſuis ſæpe numero infarcire. Ex quibus dictis facile colligi poteſt, eum plurima in Heſ. immo & magnam partem hujuſce Lexici, quæ ex Homericis dictionibus conſtat, facile emendaturum, qui Apollonii facem præferentis ope amicâ uſus fuerit. Quod & jam video in multis præclariſſimo Io. Alberti, quamvis feſtinanti & ad alia tranſvolanti, feliciter ceſſiſſe. Multum tamen abeſt ut ex hoc noſtro Lexico, quod cum Heſychiano totum contuliſſe ſe profitetur, omnem perceperit utilitatem, quæ ad Heſ. redundare poterat ex illo perenni & inexhauſto fonte. Contra, ut e noſtris in Apollon. animadverſionibus, ubi quædam illi intacta obiter corrigimus, facile cuilibet patebit, tantâ negotiorum, & Lexicorum, quæ contulit, varietate diſtrictus, multa prætermiſit, quæ ex Apollonio ad reſtituendam, aut confirmandam, aut etiam explicandam Heſ. lectionem adduci potuiſſent. Hujus quidem rei ipſe ſibi conſcius erat, cum, teſte Clar. Ruhnkenio, poſt Heſ. a ſe publici juris factum, totum hoc Lexicon animadverſionibus illuſtratum edere paraverit. Quod certe non deſtinaſſet, ſi ſe omnia ad Heſ. neceſſaria ex Apollonio præcepiſſe, & Heſ. ſuo intuliſſe credidiſſet. Atque utinam adcuratius Apollonii apographum, nec tot vitiis ſcatens, ad manum habuiſſet vir præſtantiſſimus; qui ſi, hanc edendi Apollonii operam præoccupando, nobis hâc in parte otium feciſſet, multo meliorem ſane, & doctiſſimis inſtructam notis, haberemus Editionem, quâ ego lætus cum totâ Republicâ Litterariâ fruerer ac gauderem. Sed Diis aliter viſum, qui eum, hæc, & alia utiliſ-

sima parantem, morte omnibus viris litteratis luctuosissimâ præripuere. Cæterum libentes & grati agnoscimus, nos plurimum ex illius Hesychianâ Editione profeciſſe, multumque hoc admirando opere adjutos fuisse, in quo præsertim quædam interdum ex Apollonio allegat, & non semel etiam emendat; quas omnes emendationes nos, sub ejus, ut fieri decebat, nomine, in notis retulimus; cum cætera loca, quæ sunt plurima & fere omnia, in quibus Hesychio cum Apollonio convenit, aut rariora, in quibus nuda Apollonii verba, prout se habent, sine ullâ animadversione adjunctâ, a Clar. Alberti citantur, brevitatis causâ, ac quod nullius utilitatis, immo supervacuum ac fastidiosum, ob crebras repetitiones, fuisset, interdum notare & indicare negleximus: præterquam ubi aliquod occurrit discrimen, aut aliqua Lectionum varietas, quas æquâ lance perpendere & inter se comparare conati sumus; ac multoties ostendimus quam amico fœdere & blandâ consensione conspirent, quam mutuam sibi accommodent operam ambo Lexicographi, quorum neuter ita edendus, aut etiam legendus est, ut ab altero oculos paulisper deflectas.

Alii Grammatici in subsidium advocati.

Nec vero nos in emendando & emaculando Apollon. sic Hes. contenti fuimus, ut non & cæteros in consilium adhibuerimus Lexicographos, ac Scholiastas, & Grammaticos pene omnes, inter quos, ob utilitatem quam ex eo percepimus, facile eminet Etymologus Magnus; cujus plurima loca, huc usque intacta, & a Friderico Sylburgio, viro prout ætas illa ferebat, inter paucos doctissimo, omnino prætermissa, correximus atque explicavimus. Semper quoque adivimus Suidam, quem non semel emaculavimus, & Scholiasten minorem, seu Pseudodidymum; cui quoties cum hoc

Etym. Magnus.

Suidas.

Pseudodidymus.

noſtro Apollonio conveniat vel ad verbum, præſertimque in brevioribus gloſſis, monere, ob crebras repetitiones, putidum duximus, niſi ubi aliquid notatu dignum occurreret. Nam nemo neſcit fieri non poſſe, quin interdum ſimilia, immo ſæpe eadem, iiſdem fere verbis afferant Grammatici qui, eumdem Autorem explicantes, eoſdem adivere fontes. In nimiam excreviſſet molem hoc opus, ſi paſſim Heſ. Etymol. M. ac Scholiaſtæ minoris &c. loca, ex quibus nihil amplius diſcitur, quam quod in Apollonio legitur, aut apud eos quærendum eſt, nos, inanis & facillimæ eruditionis oſtentandæ cauſâ, ita allegaviſſemus, ut hâc prolixâ garrulitate & inutili verborum profluvio Apollonium potius oneraviſſemus quam illuſtraviſſemus; præſertim cum quæ de Homericis vocabulis diſputari poterant, ea jam præoccupata ſint ab aliis, nec ea in unum corpus compulſa edere, ſed ſolam Apollonii ſententiam declarare, nobis mens eſſet. Non raro quoque nos e locis intricatis & corruptis feliciter expedivit utiliſſimum illud Euſtathii opus quod, ut & omnes fere Poetarum Interpretes Græcos, a capite ad calcem relegendum cenſuimus, ut ex iis notata ad manum haberemus quæ noſtro auctori poſſent lucem affundere. Uſi quoque fuimus plurimis Lexicis Sangermanenſibus, ac Regiis, quorum copiam officioſiſſime nobis fecerunt humaniſſimi, iidemque doctiſſimi, Bibliothecæ Regiæ præfecti, Capperonnerus ac Bejotus, quibus immortales, pro tantis eorum beneficiis, mihi agendæ ſunt gratiæ.

Euſtathius.

Lexica Mſſ.

Inter hæc Regia Lexica plurimum præſertim nobis profuit Lexicon ineditum cujuſdam Philemonis, quem primo quidem Philonem, pro Philemone, vocandum cenſebam, ac eumdem eſſe Grammaticum putabam quem ſingulis fere paginis ſub

Philemon.

nomine Philonis laudat Etym. M. ejus allegans Lexicon Rhetoricum, ac præter alia, librum dictum ῥηματικόν. Et hoc quidem ultimum opus primo confundebam cum ſecundâ parte hujuſce noſtri Lexici, quod Φιλήμονος Λεξικὸν τεχνολογικὸν [1] inſcribitur. Nam octo partibus Orationis conſtabat, ut ex Epiſtolâ ad Antiphanem nuncupatoriâ ei præfixâ liquido apparet. [2] Pars prima, quæ ſola integra ſupereſt, nomina, ſecunda, cujus nihil, præter initium, habemus, verba, ῥήματα, continet; unde ῥηματικὸν ab Etymologo dici poterat. Sed cum loca ab Etymologo allata ἐν ῥηματικοῖς ſedulo contuliſſem, immane quantum diſcrimen, immo nihil ferme convenire, deprehendi. Præterea vidi Philonem a noſtro laudari in vocem Ξηρόν; [3] quod certe non feciſſet, ſi ipſe Philon, non autem Philemon vocatus fuiſſet; niſi hunc alterum cognominem, quem allegabat, Philemonem peculiari notâ & deſignatione diſtinxiſſet.

---

[1] De nominum Τεχνολογίᾳ ſic ipſe loquitur in Πρόυμθμὸς, ubi hujuſce cognitionis utilitatem prædicat: Πρόυμθμός. ὁ Σύμθμός. ἐτυμολογεῖται δὲ ἀπὸ τοῦ πρᾶσσω καὶ σύμθμός. καὶ ἐκ τῆς ΤΕΧΝΟΛΟΓΙ'ΑΣ γινώσκεις τὴν δύναμιν τῆς λέξεως. ἡ μὲν μικρὰ ἡ ΤΕΧΝΟΛΟΓΙ'Α οὐκ ἔχει Γραμματικοῖς, ἀλλὰ γνῶσις τίς ἐστι τῶν κατὰ μέρος λέξεως. σαφῶς γὰρ δι' αὐτῆς καὶ τὸ ἀγνοεῖν τὸ ψιλέμθμον, ὃ δὲ ἀπάγειν καὶ ἀπελαύνειν ἔχει τὴν ἐτυμολογίαν, ἥτις ἀφασφεῖ τὴν τῆς λέξεως δύναμιν.... καὶ ὃν δὲ πτίσσειν καὶ αἰνεῖν, ταυτοδυναμῶν λέξεων, ὡς φησι Παυσανίας, ἡ πλεονάζη.

[2] Hanc epiſtolam hîc deſcriptam cum Lectoribus communicabimus: Ἔστι δέ σοι, ὦ Ἀντίφανες, ἡ δὲ Ἀλεξανδρέως Ὑπερεχίου περὶ ὀνομάτων Τεχνολογία κανονικῶς συνειθεῖσα, ἀ ἀφὲ τὸ κομψὸν δὲ λόγου, καὶ συνελομένη, εἰ καὶ χαλεπὸν, ἀλλὰ ἀφὲ τὸ συγκεχυμμένον καὶ μεθοδείας ἄνευ, οὐκ ἤρεσεν, μήτε μετ' ἐπιμελείας διεξελθεῖν αὐτὴν ἠθελήθης· ἔγνων σύνταγμά τι κατὰ στοιχεῖον, οἱονεὶ Λεξικὸν τῶν ὀκτὼ μερῶν δὲ λόγου, σύναξιν καὶ τεχνολογίαν τινὰ Γραμματικῆς περιέχον ἐγχειρῆσαί σοι. διὸ ἔβραχέως τε καὶ ἀκόμψως ὅπως δυνήσῃ πολλὰς συντάξεις τῶν ὀνομάτων, καὶ τῶν καθεξῆς ὀκτὼ δὲ λόγου μερῶν παραγωγάς τε καὶ κανόνας, σημασίας τε καὶ κλίσεις ῥᾳδίως εἰδέναι. καὶ ὅλως δι' αὐτοῦ τὸ σάλοικον καὶ ἄκυρον τῶν λέξεων διάλεκτος, καὶ ὀλιγὴν πολλῶν μαθήσῃ.

[3] Sic in Ξηρὸν habet: Ξηρόν. παρὰ τὸ ξῶ ῥῆμα, ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς ὕλης τῶν ξύλων, ἢ παρὰ τὸ ἔξυσται, ξυρὸν γίνεται, καὶ κατὰ τροπὴν δὲ Υ εἰς Η, ξηρόν. ἕτω ΦΙ'ΛΩΝ.

Certe cujusdam Philemonis Λέξεις Ἀττικὰς a Suidâ laudatas, & a Mauſſacio, in Diſſertatione Criticâ de Lexicis, commemoratas video. Sed is Philemon idem mihi videtur ac ille qui Athenæo laudatur ἐν Ἀττικαῖς Λέξεσι, L. 3. ἐν ταῖς Ἀττικαῖς φωναῖς, & in opere περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων, ἢ γλωσσῶν, L. 11. & ἐν πρώτῳ παντοδαπῶν χρησιμείων, L. 3. Is Porphyrio citatur Quæſt. Homeric. 8. ac Ammonio, poſt Tryphonem, in vocem πονηρόν. Dicitur Æxonenſis, quod nempe ex eo Atticæ populo natus eſſet. Vide Meurſium in Bibliothecâ Atticâ, ad quam lectorem remittit Fabric. in *Bibl. Græcâ*. Noſter vero Philemon, certis temporum notis ætatem ſignans, negat ſe eumdem eſſe. Verbi gratiâ ipſummet Athenæum laudat, voce Σίναπυ, [1] ac Lucianum, voce Σίας. [2] Hunc noſtrum ſæpe ita deſcripſit ad verbum Etymol. M. ut utriuſque collatio non inutilis fore videatur. Nos autem Philemonis plurima

---

[1] Hæc ſunt ejus verba: Σίναπυ. ἀδεῖς τῶν Ἀττικῶν ἔφη, ἃ μὲν ἐδέσ τὸ σίνηπι, ὃ λέγεται ἴλιν, ἐπειδὴ σύρεται, φησὶν ὁ ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΗΣ, τὰς ὦπας ἐν τῇ ὀθμῇ, καθὰ καὶ κρόμμυον, δι' ἃ δακρύει κόρας μύομεν. ὅτι δὲ ἐκ τοῦ σίνηπί ἐστι καὶ ἥμα κωμικὸν σιναπῶν, εἶον τὸ θυγάτριόν μου σεσινάπικε διὰ τῆς ξένης, εἶον ἐδριμύξαλο, ὃ αὐτὸς ῥήτωρ δηλοῖ.

[2] Sic loquitur: Σίας. σημαίνει τὰς σκώληκας, ἃ ἡ ὀνομαστικὴ οὐχ εὑρηται ἐν χρήσει, ἀλλ' αἱ πολυγίαι, παρὰ Ἀριστοφάνει, ὑπὸ σίων καλουμένου. ὄφελε δὲ περισπᾶσθαι ὡς χῆνες χηνῶν. ἀλλὰ σεσημείωται καὶ ἴδιον μετὰ τῶν ἄλλων ἐννέα, ἀπὸ ἀχρήστου ὀνομαστικῆς σεύς. ὁμοῖως τὸ σίας φαίνεται, καὶ τὸ σίες. ΛΟΥΚΙΑΝΟΣ· συμβόλους τὰς σίας ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν παραλαμβάνεις. Citat & Grammaticum Herodianum, ac Theophraſtum & Dioſcoridem in Σχοινίον, ubi ſic habet: Ἔστι δὲ σχοῖνος μέτρον γεωμετρικόν. σημαίνει δὲ τρία, τὴν πᾶαν, ἢ νομὴν, ὡς τὸ, Ἀσωπὸν βαθύσχοινον. (Il. Δ. 383.) καὶ μέτρον Περσικὸν, ὃ παρὰ Πέρσαις παρασάγγης λέγεται· ἀπὸ μεταφορᾶς, καὶ ἡ κατ' εὐθυωρίαν κάθοδος, ὡς ἀπὸ δὲ σχοίνου δὲ μετρικῆς σπαρτίου. ὅθεν καὶ τὰ τῶν χωρίων μετρήσεις, σχοινίσματα λέγεται. σχοῖνον δ' Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ, τὴν σκίλλαν. δηλικὰς γὰρ βολβοὺς πᾶσα ἔπεμψε, ἀλλὰ ἕτερόν τι ἡ σκίλλα ἐστὶ παρὰ ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ. σχίνος δ', ἀπὸ τοῦ σχίζεσθαι, δένδρον, ὅπερ σχιζόμενον δακρύει τὴν καλουμένην σχινίνην, τὴν καὶ μαστίχην· ἥτις καὶ ῥητίνη τινῶν λέγεται, ὡς ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΗΣ ὁ Ἀναζαρβεύς, περὶ αὐτῆς ἐν τῷ πρώτῳ διαλαμβάνει.

excerpta[1], hactenus inedita, & interdum quantivis pretii, quâlibet occasione datâ, immo quæsitâ, in nostris ad Apollonium notis deponere amavimus, ut nihil fere bonæ frugis in Philemone occurrens desiderari possit, quod non hîc adtulerimus.

Omissæ explicationes restituuntur.

Si quando in Apollonio deerat interpretatio, eam ab Hesychio, aliisve Grammaticis petitam, in meis recepi notis & quasi e fugâ retraxi; quodque Hesychius ab Apollonio mutuatus fuerat, id illi quasi proprio jure repetitum vindico, & auctori, a quo fluxerant Hesychiana, restituo. Quanquam non sum nescius, interdum Glossariorum & Lexicorum Græcorum auctores, vocabulum, aut locum in quo vocabulum occurrit, ponere sine interpretatione; quod, post Clar. Alberti in *Observat. Miscellan.* vol. secund. annotavit clarissimum illud Germaniæ lumen, Jo. Augustus Ernesti, in Dissertatione de Glossariorum Græcorum, imprimis Hes. verâ indole ac recto usu in interpretatione. Monuit quoque Daniel Heinsius, quædam ab Hes. adduci, quæ non explicantur; sive, inquit, quod desit expositio, sive quod ita ab Hes. adductum sit. Equidem potius crediderim in culpâ esse Librarios, qui, per socordiam ac supinam oscitantiam, plurima omiserunt: cum sæpe observaverim, quæ in Hes. desunt, ea in Apollonio reperiri; & contra, quæ in Apollonio desiderantur, ea in Hes. extare, qui eum fere ubique descripsit. Enim vero, cum ea mens Lexicographorum fuerit, ut verba, vel loca obscura, explicarent, quâ tandem de causâ nudum proposuissent verbum, quod quidem in Græcâ occurrere linguâ cognoscatur, sed cujus quæratur explanatio?

[1] Contra Clarissimus du Cang. docente, in *Longueruanis*, pag. 109, doctissimo

Nonnunquam plurima loca multum diſcrepantia, ac divellenda, in unum commiſcet ac confundit Apollonii Librarius, qui, omiſſis aliquot verbis, ex duabus gloſſis unam intellectu difficillimam peſſime effecit. Quod ego ſedulo annotavi, & ordinem ac ſenſum hâc commixtione perturbatum reſtitui. [1]

Confuſæ ſeparantur Gloſſæ.

Præterea, quod de Heſ. profitebatur Heinſius, propriam in hoc Lexico vocabuli alicujus ſignificationem qui requirit, eum fruſtra futurum; quia plerumque Heſ. locos alludit obſcuriores, nec tam quid uſitatum, quam quid ignotum, vulgo reſpicit; idem de Apollonio nobis jure ac merito dicendum eſt. Et cum in hoc Gloſſario, ut & in aliis omnibus occurrere docet Clar. Erneſti, multæ ſint interpretationes, quibus certum aliquem Homeri locum reſpexit, aut certam aliquam dicendi formam, quæ vocabulis per ſe non conveniunt, nobis præcipua fuit cura, ut ea Homeri, & aliorum Poetarum, loca quæ reſpexit, aut

Loca ad quæ alluſit, indicantur.

Abbate *de Longuerue*, cum ab eo quæreretur ſenſus quorundam vocabulorum, quæ ſatis multa ſuis Gloſſariis, ſine interpretatione additâ, inſperſit, eâ mente has voces in medium adtuliſſe ſe dicebat, ut acueret induſtriam aliorum, qui felicius earum vocum ſenſum indagarent, quem ipſe expiſcari non potuerat.

[1] Sic Cauſabonus L. 5. c. 9. p. 357. *Animadverſ. in Athenæum*, ſæpiſſime obſervaviſſe ſe dicit in doctiſſimis Gloſſis Heſ. (cujus cum Apollon. comparationem perpetuo inſtituimus) confuſas eſſe duarum affinium vocum interpretationes. Ac poſt eum Clar. Hemſterhuſius, ad Polluc. L. 7. p. 803. docet eum qui mediocrem in Heſ. operam poſuit, latere non poſſe, malo ſæpiſſime exemplo, alteram duarum vocum ſimilis pronunciationis excidiſſe, additamque expoſitionem prioribus eſſe conjunctam. Quod male & immerito, ut mihi quidem videtur, ipſi Heſ. non autem ejus Librariis, imputat Kuſterus, qui, in *Diatrib. Antigronovian.* p. 35. ſolemne eſſe Heſychio contendit, verba duo, vel plura, ſimilis ſoni inter ſe confundere, & uni ex illis reliquorum ſignificationes etiam tribuere; & ad Suidam, vol. 2. p. 79. adfirmat, ſolere interdum Grammaticos, dum vocabulum aliquod exponunt, de aliâ voce, cujus ſcriptura & pronunciatio pene ſimilis eſt, cogitantes, ejus ſignificationem, licet diverſiſſimam, alteri tribuere. Quam ego ἀβλεψίαν ex Amanuenſium negligentiâ pleriſque in locis ortam eſſe ſuſpicor.

alluſit, inveſtigaremus & indicaremus : unde magna lux & in Auctorem explicatum, & in ipſammet explicationem, refunditur. Sic contra, cum Janum Rutgerſium lateret, quos ad fontes referendum eſſet, quod primus in ſuis *Variis* vulgavit *Lectionibus* Gloſſarium, hinc & præcipua illius utilitas Clar. Editorem fugit ; nec illud penitus emendare potuit ille vir doctiſſimus. Quod poſtea felicius adgreſſus eſt Fridericus Strunzius, poſtquam compertum habuit, hoc Gloſſarium ejuſmodi tantum explicare vocabula, quæ ex Oppiani Halieuticorum libris deprompta ſint.

Homerici verſus adnotati.

Præterea, cum Apollonius paſſim plurimos adferat Homeri verſus, hos omnes ſuis allegatos locis indicavi, diſtinxi, Poema, librum Poematis, ac deinde verſum libri definivi ; quod nunquam fere ab Apollonio, ut nec ab aliis præſtitum fuerat Grammaticis. Et in hoc quidem non parum temporis & operæ mihi inſumendum fuit. Nam, ut ad Wetſtenium ſcribebat Suicerus, multa Heſ. (at quanto plura Apollon.) ex Homero habet, quæ magno ſubinde labore & cum temporis diſpendio quærenda ſunt. Et recte, ut omnia, obſervat egregius Criticus, Daniel Wyttembachius, in eruditiſſimâ Epiſtolâ Criticâ ad Ruhnkenium, p. 29. Homericas etiam alluſiones doctiſſimos viros latere poſſe ; ut & latuiſſe ſæpiſſime Sylburgium in Etymologo Magno, & ipſummet Clar. Alberti, apud Apollonium non ſemel adnotavimus. Neve quis dicat hoc nos labore facile defungi potuiſſe ope Indicis Homerici Wolfangi Seberi ; quem primo quidem nemo eſt quin videat, quam multa prætermiſerit, quot in locis deficiat, ac quærentium patientiam diu defeſſam eludat ; deinde, cum verſus Homerici ab Apollonio allati ita interdum ſint fœde ac

turpiter

turpiter corrupti depravatique, ut eos pro genuino ac germano fœtu ne ipse quidem Homerus posset agnoscere, quo te vertas, nisi cum hoc Poetâ, sæpius pervolutato, longam familiaritatem contraxeris, nisi hunc a capite ad calcem memoriter teneas? Præsto adsit omnis omnium Indicum & Clavium Homericarum farrago, quomodo, exempli gratiâ, hunc quidem versum primo agnosces, deinde huic agnito sedem adsignabis, scilicet, Εἰρύμαι παῖδάς τε, quod in Etymologo, & in Apollonio, p. 306. corrupte habetur ex Il. Z. 239. pro εἰρύσθαι παῖδάς τε καὶ γήματα τε? Ut & hunc qui vitiose legitur, p. 372. scilicet, ἀκήλων δινάσσαι, pro δίνας σύειν, ex Od. Ξ. 14. ac pag. 444. Ἐπίσσας πίας ἐλέσθαι, pro ἐπὶ ἴσον πῆχας ἑλέσθαι, ex Il. Σ. 501. Interdum quoque primum tantum versûs vocabulum, cum ipsâmet explicatione præcedenti conjunctum, tantummodo adfert; ut, p. 794. τὸ ῥυτῆρα dicit significare τὴν φύλακα ἀυτῆ, ubi postremum hoc vocabulum, ἀυτῆ. est initium exempli Homerici, cum habeatur Od. P. 187:

Αὐτῷ βουλοίμην σαθμῶν ῥυτῆρα γενέσθαι.

Et p. 826. φῆθα, καὶ τὸ ἔφηθα κελαινεφὲς, quæ sunt initia horumce versuum:

Φῆθα σὺ μὲν ποταμῷ γένος ἔμμεναι. —— (Il. Φ 186.)

&:

—— Ὅτ' ἔφηθα κελαινεφέϊ Κρονίωνι. (Il. A. 397.)

Porro Apollonii Lexicon, etiamsi nullis aliis dotibus, quæ certe plurimæ sunt, commendaretur, attamen vel hoc nomine φιλομήροις lectoribus vehementer arridere deberet, quod, cum plurimos alleget versus Homericos, eos sæpe adnotandis lectionum varietatibus insignes, aut interdum etiam emendatiores ac puriores exhibeat, quam in vulgatis

Variantes Homeri Lectiones enuntur, pensitantur.

Homeri Editionibus, immo & in antiquiſſimis Codd. Mſſ. circumferuntur. Has ego Variantes Lectiones annotavi, atque ad examen Criticum revocavi, ut ſciretur, utra præferenda eſſet lectio, eane quæ in noſtris Homeri Editionibus, an ea quæ in noſtri Apollonii Lexico, deponitur; utque, inter has ultimas, a veris ac germanis ſpurias diſtinguerem, quæ ex aberranti Librarii manu ortæ ſunt, aut etiam ex ipſo Apollonii errore, qui interdum memoriter lapſus eſt in verſibus allegandis; cujus generis μνημονικὰ σφάλματα apud veteres Criticos, immo & apud ipſum Longinum, non ſemel deprehenſa ſunt. Non tantum ad id multum conferre poteſt Apollonius, ut doceat quomodo difficillima Homeri loca a doctiſſimis Grammaticis olim explicata fuerint, ſed etiam ut repræſentet quomodo ab iiſdem lecta fuerint atque emendata. Sæpe veteres ac rariores formas reſtituit, in quarum locum recentiores atque uſitatiores, ut fere fit, irrepſerant; atque ipſum Homerum adverſus falſas Zenodoti, qui quæ, ut ait, non intelligeret, ea corrigebat, emendationes doctiſſime tuetur ac vindicat. Hinc multas habuit, ſed multo plures omiſit ipſe Heſ. ſeu ejus Epitomator, Homeri διπλογραφίας, quas per totum opus ſparſas a Criticis manaſſe, ex quorum Commentariis multa in ſuum Lexicon retulerat, recte docet Clar. Ruhnkenius, qui addit, in Præfat. ad 2. vol. Heſ. tales Lectionum varietates, tametſi eas eruditi Interpretes paſſim obſervaverunt, neſcire tamen ſe, an plures aliorum ſolertiæ reliquerint indagandas. Idem infra ſubjicit, hoc Homeri Variantium ex Heſychio colligendarum ſtudium etiam atque etiam commendare ſe futuro Poetæ Editori. Nec illum, inquit, pœnitebit conſilii noſtri. Nam, ait, unus Heſychius ſcienter periteque tractatus, ſi non plures,

certe meliores Variantes suppeditabit, quam omnes omnium Bibliothecarum veteres membranæ: quæ omnia in Apollonium multo magis etiam quam in Hes. cadere possunt.

Insuper ubique in notis admonui, quoties ab eâ discederem lectione quam, sæpissime corruptam, ac, plusquam a tali viro expectari potuerat, vitiosam, dedit Montfauconius in suis ex Apollonio excerptis, quæ *in Bibliothecâ Coisliniană* incipiunt p. 457. & desinunt p. 467. Et hoc quidem non eo certe consilio feci, ut, quod procul a meis abesse moribus omnes sciunt, viri præstantissimi, quem, ut debeo, sincere veneror, errores satis crebros redarguerem, ac auctoritatem elevarem; sed ut potius mei ab eo dissensûs redderem rationes, ac me adversus eos purgarem, qui me ipsum secus legisse, aut tacitum, ex inani & frivolâ conjecturâ, textum emendasse, eaque pro ipsismet Apollonii verbis obtrusisse quæ aliter in Cod. Mss. & hodie leguntur, & olim lecta fuerant ab inclyto Montfauconio. Invitus ergo & reluctans ad id adductus fui, ut ejus παρεφθέγματα, quæ nimiæ doctissimi viri in describendo festinationi, atque aliis, quibus districtus erat, occupationibus adscribenda sunt, in meis indicarem animadversionibus, ac præsertim adnotarem in litteram *Omega*, ubi alia super alia dense accumulantur σφάλματα, & abyssus, ut dicitur, abyssum vocat. Cujus quoque negligentiæ plurima & alibi suppetunt exempla; sed cum nusquam gravius & frequentius lapsus sit, quam in hoc, quod ex litterâ *Omega* adduxit, initio, ob id ipsum hanc eamdem paginam, ex ipsomet Codice Ms. diligentissime expressam & æri incisam, nostro præposui Apollonio: ut non meo, quod certe nullius est momenti, judicio, sed suis credat oculis æquus & eruditus Lector.

Eamdem Clar. Montfauconii, ad majora erecti, incuriam, in iis quæ idem produxit e Lexico Timæi Platonico, p. 477. *Bibl. Coiſlinianæ*, is deprehendet, qui ea ſedulo contulerit cum optimâ ac vere aureâ ejuſdem auctoris Editione, quâ Rempublicam Litterariam beavit : πάνυ Ruhnkenius, qui, in ſuâ Præfatione, Montfauconii ſpecimen *minus accurate deſcriptum* vocat. Communem eam fuiſſe video doctorum virorum querelam. Nam elegantiſſimus Mœridis Atticiſtæ Editor, Johannes Pierſonius, cum de ejuſdem Mœridis ſpeciminibus loqueretur, quæ extant in *Bibl. Coiſlin.* p. 457. & ſequent. dicit, pag. 10. ſuæ Præfat. in Montefalconii *Bibliothecâ* multa vitioſiſſime expreſſa eſſe. Quæ eruditiſſimorum hominum teſtimonia duabus de cauſis adduximus; primum quidem, ut noſtræ, in reprehendendo viro tot ingentibus in rem litterariam meritis inſigni, audaciæ culpam deprecaremur; deinde vero, ut Criticos præmoneremus, cavendum eſſe ab infidis ſpeciminibus & excerptis *Biblioth. Coiſlin.* quæ, cum tot nævis egregio corpori inſperſis paſſim deformetur, caute & ſuſpenſo pede, ac non ſine aliquâ diffidentiâ, tractanda & conſulenda eſt.

De Indicibus. Poſtremo duos operi Indices ſubjeci; primum quidem, Auctorum quos Apollonius ad partes vocavit, quorumque loca ac teſtimonia allegavit. Nam cum Apollonius multas nobis auctorum deperditorum reliquias, & plurimorum Grammaticorum, quæ nuſquam alibi extant, expoſitiones atque explicationes conſervaverit, haud lectori ingratum erit, uno intuitu, quot & quorum, & quibus in locis, ſcriptorum auctoritates allegaverit, ſimul conjunctas inſpicere, ac pretioſiſſima hæc fragmenta, per totum opus ſparſa, in unum corpus colligere. Quod ut facilius obtineri poſſet,

ego non ſolum vocabulum ad quod referuntur, ſed & paginam, in quâ occurrunt hæc vocabula, ſedulo indicavi. Alter Index, qui totius Lexici diſpoſitionem repræſentat, ad id, ut ſupra dictum, confictus eſt, ut ſecundum adcuratam litterarum ſeriem diſtributa vocabula quærendi labore lectores juvent, ſicque illorum & tempori parcatur, & conſulatur commoditati.

SECTIO OCTAVA.

De Tabulis æneis.

Cum maxime notabilis ſit elegantiſſima Codicis Mſ. ſcriptura, ex quo noſtrum Apollonium deſcripſi, ſtatui eam ita depictam & oculis Lectorum ſubjectam repræſentare, ut prorſus ad veritatem adducta reſpondeat. Idcirco novem tabulas æneas noſtro præpoſui Apollonio, in quibus propriâ manu delineandis ope uſus ſum illius chartæ pellucidæ & glutinoſo liquore illitæ, quæ omnes litterarum ductus atque apices in clarâ luce exhibitos ita tranſmittit, eorumque accurate exprimendorum facultatem ita præbet, ut nullum prorſus Codicem inter & tabulas æneas diſcrimen dignoſcere poſſint vel acutiſſimi oculi; ſed vix ovum ovo ſimilius ſit, & ipſummet Codicem Manuſcriptum tenere ſe arbitrentur qui noſtras tractant Tabulas: præterquam quod paulo grandiores litteras exarare coactus ſum, ut magis earum forma eluceat atque appareat.

In primâ omnium Tabulâ ſingulos uniuſcujuſque litteræ ductus, ac totum, quod vocant, alphabetum expreſſi. Ibi duas ultimas ϛ *delta*, & penultimam ϛ *ſigma*, figuras, ad

Codicis Alphabetum.

noſtram hodiernam ſcripturam, eodem modo eaſdem litteras depingentem, proxime accedentes miraberis; & præſertim obſervabis adfinitatem conformationis litterarum aliquarum, quæ, quamvis naturâ diverſiſſimæ, eodem fere modo effinguntur, ac in omnibus fere omnium auctorum Editionibus confuſioni & plurimis mendis originem dederunt; ut alia peperit vocabulorum monſtra recentis Græco-barbarorum pronunciationis adfinitas, qui H, Υ, ΕΙ & ΟΙ &c. eodem modo efferunt: quod vix diſcernere ac diſtinguere poterant qui, ex dictantis ore pendentes, Codicem Mſ. exararent; quemadmodum ſimiles litterarum formas permiſcebant, qui ex alio deſcribebant apographo. Sic, verbi gratiâ, ut primam Tabulam intuenti facile apparebit, plurimum inter ſe ſimiles ſunt formæ quorumdam *beta* & quorumdam *mu*, quorumdam *hêta* ac quorumdam *kappa*, quorumdam *lambda* & quorumdam *nu* & *mu* &c. Nihil propius accedit ad *zeta*, quam ϝ *xi* in quibuſdam Codd. Mſſ. figura; unde & ſæpiſſime hæ litteræ confuſæ ſunt. Richardus Bentlejus, in Epiſtolâ ad Jo. Millium, ad calcem Chronographiæ J. Malelæ, p. 39. Edit. Oxon. 1691. dicit Heſ. hunc errorem *zeta* ponendi pro *xi* millies erraviſſe, ſi ibi locus eſſet, poſſe ſe oſtendere. Hos ego errores, pace tanti viri dixerim, minus doctiſſimo Heſ. quam ejus ſeu librario, ſeu primo Editori, vel etiam Typothetis, imputandos eſſe cenſeo; quum ipſe videam in hoc noſtro Apollonii Codice attentione interdum opus eſſe, ut ϝ *hêta* & *zeta* figuræ dignoſcantur.

Litterarum compendia.

In ſecundâ autem, tertiâ & quartâ Tabulâ, maxime notanda & rariſſima vocum compendia, quorum pleraque, immo fere omnia, a Clar. Montfauconio in *Palæographiâ*

omissa sunt, ordine alphabetico disposita, cum eorum explicatione adjunctâ, reperies. Monendus autem es, erudite Lector, hæc compendia non ex solo Apollonii Lexico excerpta esse, sed ex aliis multis, quæ huic, in fine ejusdem Codicis, subjecta sunt; quod satis indicant voces Ἐκκλησία, κυρίῳ, ἁμαρτωλὸς, πανδημαϊκὰ, &c. quæ e Lexico Paulino, & Δημοσθένης, παραπρισβείας, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, &c. quæ e Lexico Rhetorico deprompta sunt. In tertiâ autem Tabulâ, adfinitatem quæ intercedit inter formas quibus repræsentantur præpositiones παρὰ & περὶ facile observabit attentus Lector, qui hinc sciet ortam esse confusionem, quâ alterum pro altero, ut τὸ πρὸ, loco τῦ πρὸς, ab Editoribus positum fuit. Nam sæpe quoque mendis deformata fuerunt veterum Scriptorum opera, ob ea, quibus exarata fuerant, litterarum compendia, quæ postea assequi non potuerunt ii qui, ab eruditione Græcâ minus parati & instructi, linguâ, aut materiâ, quæ tractabatur, non satis perceptâ, ad ea describenda illotis, ut aiunt, manibus accessere. Nam quis, exempli gratiâ, Librarius, nisi linguam Græcam calleat, & a rerum cognitione ad verborum lectionem quasi manu ducatur, ea omnia expedire possit intricatissima ac difficillima compendia, quæ in nostris Tabulis secundum ordinem Alphabeticum digesta quærenda sunt, & quibus exprimuntur μέλλων, παραλλικὸν, ὑπερσυντελικὸν, περιστωμένων, ἀθείας, γενικῆς, δοτικῆς, λήγουσα, ὅτι, ὄνομα, νομίσματος, παραπρισβείας, πληθυντικῶς, δυϊκῶς, εἰρημένων, φωνὴ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, &c. ac postremo παραδολῆς, & ἀνωνυμίαν σύναρθρον, ad quæ ultima impegit ille Montfauconius, ut in nostris ad litteram *Omega* animadversionibus videre est. Quin immo & in Principibus, quas vocant, Editionibus, ut Venet. Florent. &c. compendia religiosissime retenta, & postea a Lectoribus & novis Editoribus non in-

tellecta, vel doctiſſimis viris fraudi fuerunt; ut non ſemel in notis ad Heſ. & ad noſtrum Apollon. jam præmonitum eſt. Unde Clar. Alberti teſtatur Schrevelium, in ſuâ Heſ. Editione, compendia ſcribendi, ſive antiquiores litterarum notas, aliquando non intellexiſſe videri. Cujus inſcitiæ exempla adfert p. 10. ſuæ præfat.

Terminationes. In quintâ, ſextâ, ſeptimâ Tabulâ, & octavæ initio, expreſſi *Terminationum* formas, in quibus præcipua hujuſce, ut & aliorum, Cod. Mſ. vertitur difficultas, quæque, cum contra litterarum compendia, pro vario ſcribentis arbitrio, varie efformentur, eamdem ſemper retinent figuram, in omnibus præſertim noni ac decimi ſæculi Codicibus. Cum ex iis *Terminationibus* conſtent ac definiantur numeri, genera, caſus, tempora ac modi, cæteræque vocum inflexiones, ac tota denique Grammatica, qui vel perfectiſſime omnium ætatum, omnium Codicum, compendia & formas litterarum calluerit, omneſque earum ductus adſequatur, is, ſi in *Terminationum* figuris hoſpes ac peregrinus hæreat, ita fruſtra omnino futurus ſit, ut ne verbum quidem a nomine, ne ſingularem quidem numerum a plurali diſcernere queat, ſed, omnia ſus deque confuſa ac permixta habens, in graviſſimos impingat errores. Unde magis miror Clar. Montfauconium, in præſtantiſſimâ ſuâ *Palæographiâ*, nullam *Terminationum*, quæ tam adcurate notandæ ſunt, rationem habuiſſe, ſed eas omnes ſilentio prætermiſiſſe. Atque utinam ea olim daretur occaſio, quâ id in cæterarum ætatum Codicibus præſtaretur, quod in hoc hodie præſtiti; ut videlicet, quemadmodum hujuſce noſtri *Terminationum* ſigna, propriâ manu delineata, æri incidenda curavi, ſic & aliorum *Terminationes* expreſſæ depingerentur, hocque modo

Palæographia,

Palæographia, quæ ab hâc parte claudicat, abſoluta & omnibus ſuis expleta numeris redderetur.[1]

Specimen Lectionis.

Denique in octavæ Tabulæ fine, ac in totâ nonâ, exhibui *Specimen Lectionis*, ex ipſomet Codice, ejuſdem chartæ pellucidæ ope, & eâdem diligentiâ, noſtrâ manu ductum & expreſſum; in quo totum Apollonii Lexici *omega* ita repræſentatur, ut, ſi quid Tabulam inter & ipſummet Codicem occurrit diſcrimen, id prorſus fallat oculos ſimillimâ & germanâ ſpecie deluſos. Quod quidem addidi, ut haberent in quo ſe exerceant qui noſtra litterarum compendia & figuras, noſtras *Terminationum* Tabulas attente conſideraverunt, ac cæteros decimi ſæculi Codices tractare, noſtrique imaginem adumbratam intueri volent. Et hanc quidem litteram *omega* præ cæteris aliis hujuſce Lexici eximiam ſelegi, quod pauciſſimis abſolvatur lineis, in quibus præſertim deſcribendis graviſſime, ut ſupra dictum, lapſus eſt Clar. Montfauconius, cujus errores duarum poſtremarum Tabularum conſpectu facile redargui poterunt.

---

[1] Notandum eſt *Terminationem* Ϝ μαχεσαμβώ, quæ, perquam rara, exhibetur in noſtrâ ſeptimâ Tabulâ, Lin. 5. occurrere in Mſ. Codice, p. 42. folio recto, & in noſtrâ Editione, p. 794. & *Terminationem* ἐπιθόρρᾶνλες, quam, ut eſt in Codice, corruptam vocem dedimus in Tabulâ ſeptimâ, Lin. 16. eſſe depravatam, pro ἐπιῤῥοθᾶνλες, quemadmodum emendavimus, p. 350. noſtræ Editionis.

SECTIO NONA.

De Metaphraſi proſaicâ Homeri.

Ad calcem noſtri Homerici Lexici adjecimus, ſpeciminis causâ, alterius operis, ad Homerum quoque pertinentis, partem non contemnendam, ſcilicet, tertium Iliadis Librum, ſolutâ oratione Græcâ converſum, e duobus Codicibus Regiis; quorum alter, numero 2766. integram Homeri Iliadem continet, unâ cum Metaphraſi Proſaicâ, rubris litteris ad latus adſcriptâ, in omnes hujuſce Poematis Libros, ſi viceſimum quartum exceperis. Addita ſunt & Scholia, quorum auctor aliquando Didymum exſcribit. In quibus tamen non pauca occurrunt a cæteris Homeri Interpretibus omiſſa, nec contemnenda, in iis præſertim quæ ad Grammaticam pertinent. Veterum enim Criticorum, Ariſtarchi, Dioclis, Dionyſii, Caſſii, aliorumque teſtimoniis nonnunquam utitur. Præfixum eſt Iliadi aliquid de belli Trojani origine & causâ, atque ea Homeri vita quæ ſub Herodoti nomine falſo circumfertur. Huic quidem Codici nullæ inſperſæ ſunt Gloſſæ interlineares; at vero alter, numero 2684. integram habet Homeri Iliadem, cum Metaphraſi proſaicâ ad latus adjunctâ, litteris, ut plurimum, rubris, at fere deletis & oculos fugientibus exaratâ, idque duntaxat in ſecundum, tertium & quartum Librum, ac in quinti initium. Nam in primum, ac in cæteros omnes, nihil aliud niſi gloſſæ interlineares, & Scholia adjacentia. Neque enim temere exemplar Homeri vetus reperiri, cui Scholia non ſint interpoſita, recte in Diſſertatione de Scholiis in Homerum ineditis, p. 106. obſervat Clar. Valckenarius,

qui, p. 110. ejuſdem eruditiſſimi libelli, veriſſime admonet, ex iis quæ ibidem e præſtantiſſimo Codice Leydenſi protulit, poſſe non tantum de Scholiis interlinearibus hujuſce libri, ſed & aliorum, judicari; e quibus ſimiles vocum Poeticarum ἐξηγήσεις Editores nobis tradidiſſe docet; cum, eodem teſte, iſtarum interpretationum auctores ab Euſtathio vocentur, οἱ παλαιοὶ μελῳδοὶ τῶν λέξεων, ἢ πρὸς ἓν φράζοντες, ad Iliad. Ω. p. 1479. v. 24. & οἱ παραφράζοντες, ad finem Iliadis Z. & Timogenes, ἐν ταῖς Παραφράσεσι, ad quemdam Iliadis verſum, in Apollonii Lexico Homerico allegetur, voce Ἄρτυιαι. Idem præſtantiſſimus Criticus pergit dicendo, breves iſtas vocabulorum Homericorum interpretationes in Lexica etiam digeſtas fuiſſe; quorum condendorum ipſum Homerum, rem eamdem diverſis ſæpe dictionibus explicantem, Grammaticis cogitationem ſubminiſtraſſe, idem Euſtathius auctor eſt, commemorans τὰς — ἐξ Ὁμήρου ἐπινοησαμένους τὰ Λεξικά, ad Il. Υ. p. 1285. Et, in hâc quidem Gloſſarum interlinearium, & Scholiorum marginalium, diſpoſitione, Codici Leydenſi tam ſimilis eſt Codex Regius 1684. ut eum verbis Clar. Valckenarii, de Leydenſi loquentis, p. 107. ſic apte deſcribere poſſimus: » Scholia leguntur in hoc libro, tum quæ vulgo » vocantur interlinearia, tum Scholia, σημειώσεις, ſive adno» tationes, ſæpe copioſiſſimæ, in marginibus collocatæ: de » illis primum dicam. Verbis ſingulis interpoſitæ ſunt in» terpretationes, quibus dictiones Homericæ, quæ dudum » ceciderant ex uſu, ſive etiam integræ loquendi formulæ, » facilioribus ac vulgo receptis explicantur. » Idem Valckenarius ſubjicit, p. 110. in iſtis expoſitionibus brevioribus perſæpe integros Poetarum verſus continuâ oratione reddi. Cujus quidem rei, & in noſtro Codice occurrentis, unicum

e Codice Leydenſi repetit exemplum, & ab iſtiuſmodi Grammaticorum interpretationibus diſtinguendam monet Paraphraſin Odyſſeæ Homeri, quam ſcripſerat Demoſthenes Thrax; cujus operis, ut dicit, elegantiſſimi inſcriptio fuit, κανὼν ὁδυσσείας. Hujus ſpecimina e Commentariis Euſtathii decerpta proponit: dum, ut ait, in lucem protrahatur opus, quod paulo poſt vocat elegantiſſimum & Attico ſermone conſignatum.

Præter hunc Demoſthenem Thracem, qui inter alios eminet, multi multas, e quibus hæc noſtra una eſt, Metaphraſes Homeri, ſive illius poeticæ orationis in ſermonem ſolutum & communem converſiones, ſcripſere. De quibus vide Fabric. L. 2. c. 3. vol. 1. p. 293. & ſequent. *Bibliothecæ Græcæ*, ubi Metaphraſes Homeri ineditæ, in Bibliothecâ Regiâ aliiſque delitescentes, Kuſtero cognitæ fuiſſe dicuntur, qui varia illarum Specimina in nova Editione *Hiſtoriæ Criticæ Homeri* tunc promittebat. E clariſſimi, nobiſque chariſſimi, Ruhnkenii epiſtolâ ad me datâ reſcivi, eſſe talem Homeri Verſionem Græcam in Bibliothecâ Remonſtrantium Amſtelodamenſium; quæ Pſelli quidem dicitur, ſed plus habet elegantiæ, quam ut Pſello tribuenda videatur. Ex eâ Clar. Valckenarius [illegible] ſcripſit Iliadem X, & a me maluiſſet hanc potius Homero [illegible] quam librum tertium; ut utriuſque Verſionis conferendæ copia ſic præberetur. Ego quidem huic tanti viri conſilio, quæ ſemper ſuprema lex erit, libentiſſime paruiſſem, niſi jam, cum hæ perveniunt litteræ, ſolitis typorum formulis deſcripta fuiſſet major pars Iliadis Γ; quam præ cæteris ideo unice ſelegeram, quod breviſſima eſſet omnium, & minimum occuparet locum, ac in utroque Codice reperiretur; dum contra primi omnium, &

viceſimi ſecundi, libri metaphraſis in Codice 2684. deſideraretur.

In hâc quidem edendâ, ſolam retinui converſionem proſaicam, omiſſis Scholiis, & Gloſſis interlinearibus, quarum tamen præcipuas, & maxime ad ſenſum Homeri aſſequendum facientes, in notis depoſui. E duobus Codicibus, eum qui notatur numero 2684. ſæpius ſecutus ſum, quod prior in manus meas inciderit; ſed ei non ita pertinaciter adhæſi, ut non meliorem interpretationem, etiamſi ex altero Codice 2766. repetenda eſſet, in contextu, quem vocant, fere ſemper repræſentarem, ac ſequiorem in notis, ne fugeret lectores, conſervarem. Ut plurimum idem eodem prorſus modo ac iiſdem verbis ſonant amborum Codicum Metaphraſes; ſed interdum ita inter ſe diſcrepant, ut ab aliâ & diverſâ manu profectæ videantur.

De ætate harumce Verſionum, aut auctore, nihil certi poteſt conſtitui. Suſpicor tamen eas duodecimo ſæculo, aut non multo ſecus, tribuendas eſſe. Ambo Codices decimo tertio ſæculo exarati fuiſſe dicuntur. Cæterum notandum eſt Codicem 2684. minus eleganti ac puro ſermone ſcriptum fuiſſe quam Codicem 2766. a quo interdum leviter differt. Sic, exempli gratiâ, verſ. 383. Iliadis Γ. p. 915. noſtræ Edit. Codex 2684. habet θέλουσι καλέσαι, pro καλέσασθε, quod in Cod. 2766. & καλέσαι, quod ibidem in Homero. Ut verſ. 411. p. 917. noſtræ Edit. legitur in Cod. 2684. θέλουσι τὴν κούρην ἐυῤῥεκτίσαι, pro Homerico, ποτιτανύσασθαι λέχοι, dum Cod. 2766. rectius legit, ἐυῤῥεκτίζουσι. cui etiam præferrem, ἐυῤῥεκτίσουσι. Porro hæ phraſes, in quibus, ut hodie apud Græcos recentiores, futurum exprimitur per verbum θέλω cum infinitivo conſtructum, redolent linguam jam ad corruptionem Græco-

barbaram vergentem. Sic in libro, a quodam Athenienſi, Græco vulgari idiomate compoſito, & Lutetiæ impreſſo anno 1632. qui inſcribitur Διδασκαλία Χριστιανική, legitur p. 8. πράγματα.... θέλει ἐξηγηθῆ, *res... explicabuntur*, & p. 10. ac 26. πάντα θέλει εἶναι, *ſemper erit*, & p. 14. θέλομεν εἰπῆ, aut, ut pag. 28. ac 44. θέλομεν εἰπεῖ, *dicturi ſumus*; dum contra, τί θέλει νὰ εἰπῆ, paſſim in hoc libro ſumitur eodem ſenſu quo Gallicum, *que veut dire*, ſcilicet, *quid ſibi vult, quid ſignificat*.[1] Et in eodem libro, p. 88. θελομεν μιλήσει, *id eſt*, verba facturi ſumus; prorſus ut in Homerico Codice 2684. θέλουσα καλέσαι, & θέλουσα ἀτρεπίσαι.

Præterea obſervandum eſt, in vocum difficiliorum interpretatione interdum haſce metaphraſes cum Heſychii & Apollonii explicatione conſonare, & ad id plurimum conferre poſſe, ut cognoſcatur quâ ratione Homerum interpretati ſint Græci, qui Græca melius intelligere, eorumque ſenſum rectius aſſequi debebant; cum præſertim Græcis verbis aptius in verſione reſpondeant vocabula Græca, quam

---

[1] Sic Græco-barbari, cum voluntatem aliquid faciendi deſignare volunt, verbum θέλω conſtruunt cum τοῦ νὰ, & ſubjunctivo; ac dicunt, (ut p. 8. ejuſdem libri,) θέλω νὰ τὸ κάμω, *hoc volo facere*, & p. 44. θέλοντας νὰ γένῃ ἄνθρωπος, *volens humanitatem induere*, &c. Cum futurum tempus indicare volunt, loco τοῦ θέλω, utuntur & verbo μέλλω cum τῷ νὰ, & ſubjunctivo; ut p. 24. & 92. μέλλει νὰ ἔλθῃ, *venturus eſt*. Sic & Græco-barbarum Idiotiſmum deprehendi in Mſ. Philemonis Lexico, cujus ſupra mentionem feci. Hoc enim modo loquitur in vocem Τειχέως Θαλάμης· ἴσέον ὅτι εἰ καὶ λὸπ τοῦ τέιχω, ὁ γίνεται λὸπ τοῦ τέιχω, σημαίνει τὸ τέιχος, ἀλλὰ ἐξ αὐτῆ ἄυθις ἴλος ὁ τοῖχος παράγεται, ΔΙΑ' ΜΕ'ΣΟΝ τοῦ τέιχεν ῥήματος. Hæc certe phraſis, ΔΙΑ' ΜΕ'ΣΟΝ, parum pura & elegans, frequentiſſime in Græcâ vulgari linguâ obverſatur. Sic in eâdem Διδασκαλία Χριστιανική legitur p. 6. ΔΙΑ' ΜΕ'ΣΟΝΤΟΥΣ, *illorum ope*, & p. 30. ΔΙΑ' ΜΕ'ΣΟΥ τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ, *mediante paſſione Chriſti*. Etiamſi nullum aliud mihi præſto adeſſet indicium, hoc uno contentus, Philemonem noſtrum ſatis recentem eſſe ſuſpicarer, cum in eo veſtigia linguæ jam tum corruptæ agnoſcantur.

quælibet alia Latina, aut vernacula. Hinc quoque clariſſime apparet immane proſaicæ & poeticæ linguæ diſcrimen; quod tantum eſt, ut, apud Ciceronem, in ſecundo de Oratore Libro, Antonius, cujus ſummam in Græcis litteris eruditionem Cæſar prædicando extollebat, eos legiſſe ſe Græcos auctores modeſte profiteatur, qui res geſtas, aut qui oratione ſcripſerunt ſuas, ſed Poetas omnino, *quaſi alienâ linguâ locutos, ne conari quidem ſe attingere.*

Denique ad finem adjeci Variantes ejuſdem tertii Iliadis libri Lectiones, e duobus Codicibus Regiis ſupra memoratis; qui ita multas, eaſque optimæ notæ, continent, ut non inutilis foret totius Iliadis cum his a capite ad calcem inſtituta collatio.

Nunc vero hoc unum ſupereſt, ut noſtræ nobis infirmitatis & imperitiæ conſcii, errorum qui in hanc Editionem irrepere potuerunt, veniam poſcamus, quam tenerrimæ juventuti dandam fore confidimus; laudati abunde, ſi humaniſſimis & indulgentiſſimis lectoribus non prorſus faſtiditi erimus. Certe ſi hoc noſtrum, quod quam mediocre ſit ipſi ſentimus, non omnino ſordeat munuſculum, nec doctis viris ludibrium debeat, ſed potius ipſi noſtris arrideant conatibus, & amicam juveni protendere manum dignentur, non quid, ſed quâ mente & a quali ætatulâ offeratur, benigne reſpicientes; nos ad alia majora alacriores & promptiores aſſurgere conabimur, & in Eudociæ Macrembolitiſſæ Ἰωνιᾶς Mſ. publici juris faciendâ toti erimus; hâcque eruditorum hominum benevolentiâ & indulgentiâ recreati, horumque monitis adjuti, in eodem pergemus ſtadio, quod nonniſi trepidantes ac ſuſpenſo pede ingreſſi ſumus; cum præſertim ad hanc Apollonii Editionem de-

properandam unice impulsi & adducti fuerimus a doctissimo Sudermanno, Jacobo Jonâ Bjornstahl, illo doctrinæ & eruditionis omnis miraculo, & omnium linguarum Orientalium ac Occidentalium thesauro locupletissimo, quem charissimum in litteris Hebraicis præceptorem p. 116. nostræ Edit. allegavimus, cujusque nobiscum, dum Lutetiæ degeret, intimo usu conjunctissimi, tanta sunt in nos merita, ut nihil quidquam præstantissimo illi viro & incomparabili amico denegare potuerimus, aut debuerimus.

BIBLIOPOLÆ MONITUM.

Eum qui huncce librum compingendum curabit monitum volumus, hic immediate, post Prolegomena, *ipsi Lexico præponendas esse novem Tabulas æneas, eoque ordine inter se collocandas qui notis definitur arithmeticis.*

Typis Nicolai Francisci Moreau, Reginæ & Sereniſſimi Delphini, dum viveret, Bibliopolæ & Typographi, nunc fato functi, viâ vulgo dictâ *Galande*. 1773.

ALPHABETUM

Codicis Bibliothecæ Coislinianæ, nunc Sangermanensis, ineunte decimo Seculo manu exarati, *ex quo Apollonii Lexicon descriptum est.*



Droüet Sculp. Parisiis 1771.

TABULA

COMPENDIORUM LITTERARUM.

A

Compendium	Significatio
	ἀιθέρι.
	ἀλιαλικήν.
	ἀμαρλωλός.
	ἀμπέλου.
	ἀναλόλην.
	ἄνδρας.
	ἀνθρώπων.
	ἀνθρωπίνη.
	ἀντί.
	ἀνλωνυμίαν / σύναρθρον.
	ἀπό.
	ἀποκοπήν.
	ἁρμάλων.
	ἄρθρον.
	Ἀτλικοί.
	Ἀφροδίλης.
	ἀυλό.

B

	Βασιλεύς.
	Βασιλικὸν / σύμβολον.

Γ

Compendium.	Significatio.
	γάρ.
	γενικῆς καὶ ἐπὶ δοτικῆς.
	γράφελαι, interdum γράφουδι.

Δ

	δηλοῖ.
	Δημοσθένης.
	διά.
	διαφέρειν.
	δυικῶς.

E

	εἰκόνας.
	εἰώθασι λέγειν.
	εἰρημένων, interdum εἰρηλαι.
	ἐκκλησία.
	ἐπιστολῆς.
	εὐθείας.

Z

	ζάλη.

Compendium	Significatio
Η	
ἡγούμενε θεῶν	ἡγούμενε θεῶν.
ἥ	Ἥλιος.
Θ	
θε̄	θεός.
Κ	
κακοπα̈	κακοπάθεια.
καταδ	καταδικασθέντες.
κτ̀ μεταμ	κατὰ μετάθεσιν.
κεχάδ	κεχάνδει.
κόλ̄	κόλασιν.
κω̄	κυρίῳ.
κῶμ̀	ἔστι δὲ καὶ κύριον ὄνομα.
Λ	
λ	λέγει aliquando λέγεται, et λέγουσι.
λή	λήγουσα.
λό	λόγου.
λοῖ	λοιπός.
Μ	
μεγ	μεγάλα.
μ	μέλλων.
μεταφ	μεταφορικῶς.
μη̄	μητρός.
Ν	
νό	νομίσματος.
* νικᾶς	κινδυνεύεται.

Compendium	Significatio
Ο	
ὀ	ὀδυσσείας.
ὄμ	ὄμπρος.
ὀν	ὄνομα.
ὀξυκεφ	ὀξυκέφαλον.
ὅλ	ὅλη.
οὐρ	οὐρανός.
Π	
παρ	παρά.
παραβ	παραβολῆς.
παραπρ	παραπρεσβείας.
παρὰ μ	παρὰ μικρόν.
παραλ	παραλογικόν.
παρὰ λό	παρὰ λόγον.
παροιμ	παροιμία.
πατρ̄	πατρός.
πατρίδ	πατρίδα.
πατρίδ	πατρίδιον.
Πελοποννησ	Πελοποννήσου.
περ	περί.
περισπωμ	περισπωμένων.
πληθ	πληθυντικῶς.
πνεῦμ	πνεύματι.
πνευματικ	πνευματικήν.
ποιητ	ποιητοῦ.

Compendium.	Significatio.
	πόλεμος.
	πόλις.
	πολαμός.
	προγόνων.
	προθέσεως.
	πρός.

P

	ῥῆμα.

Σ

	σημαίνει δὲ καὶ ἄρθρον.
	σλέρησιν.
	σλήθεσι.
	στοιχεῖον.
	συγκοπήν.
	συλλαβῆς.
	συνδέσμου.
	συνήθους.

Compendium	Significatio.
T	
	τιμαλφέσθαι.
Υ	
	υἱός
	ὑπάρχειν.
	ὑπερσυνλεξικόν.
Φ	
	φαί.
	φησί.
	φωνή.
Χ	
	χρόνον.
	χωρίς.
	χρόνῳ.
	χωρισμόν.
Ω	
	ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.
	χορόν.

Drouet Sculp. 1771.

TABULA
TERMINATIONUM.

TERMINATIONES, in quibus præcipua hujusce Codicis Manuscripti versatur difficultas, efformantur, sicut vocales ferme et nunnationes *Arabum, lineolis superimpositis, et extra corpus vocabuli eminentibus. Singulas apponemus.*

os, sæpe nihil aliud est quam Omicron super ultimam vocabuli litteram collocatum; ut in ἄφοβος καὶ ἀριδρόδος ἀλκὶ πόμβος, *pro* ἄτρωτος καὶ ἀνένδοτος καὶ ἀκαταπόνητος.

os quoque aliquando sic ◌ͦ; *ut in* ἀρηΐφιλος, *pro* ἀρηίφιλος, *et* ὄνρο *pro* ὄυρος; *ubi vides omicron in sigma inclusum.*

οῦ cum accentu circumflexo, sic ◌ͧ; *ut in* τῷ ἀφορικοῦ, *pro* τοῦ ἀναφορικοῦ λοῦ.

ου sine accentu circumflexo, sic ◌ͨ; *ut in* ἀρθρ, *pro* ἄρθρου.

ω sine circumflexo, sic ◌̃; *ut* σπάρτ, *pro* σπάρτῳ.

ῶ cum circumflexo, sic ◌̃; *ut* ἀυλ, *pro* ἀυλῷ.

ῳ. Aliquando iota, ut in Inscriptionibus, ad latus ponitur, nec subscribitur; ut ῶι, *pro* ῷ.

ω in medio vocabuli sæpe superimponitur, ut μιλτόπρροι, *pro* μιλτόπρωροι.

ως, sic ◌ͤ; *ut* συγκαθέσ, *pro* συγκαθέσεως.

ῶς cum circumflexo, sic ◌ͤ; *ut* μεταφορικ, *pro* μεταφορικῶς.

Ut perspiciatur discrimen inter ως, ῷ cum circumflexo, et sine circumflexo, exemplum apponam in quo tria hæc reperiuntur:

scilicet : ὑποπ[illegible], ὑποπεπλωκὼν τῷ βρόλῳ.

ον. sic ⌒, ut ἀλ[illegible], ἢ βλαισοί, ἢ πορφυρᾶ, id est, ἑωλοί, ἢ βλαισοί, ἢ πολυχρόνιον.

ην. sic ⌒, ut: τ' ὤφε[illegible], pro, τὴν ἀὶ μην. sic et ειν formatur.

αι. sic ⌒, ut: ἢ, id est, καὶ. et ἦ, pro εἶναι.

ων. sic ⌒, ut: ὑπὸ πρῶ[illegible], pro, ἐπὶ μόνων τῶν Ὀδυσσέως νεῶν.

οῖς. sic ⌒, ut: πο[illegible], πολοῖς. οῖ, τοῖς. et [illegible], pro Βοιωτοῖς.

ους. sic ⌒, ut: ἐκβ[illegible], pro τοὺς τόπους. et [illegible], pro τοὺς ἀναστρεπτικούς.

ας. sic ⌒, ut: ἀγορά[illegible], ὁρμήσαντ[illegible], pro ἀγαγούσας, ὁρμήσαντας.

ᾶς. sic ⌒, ut: ὁδ[illegible], pro ὁρᾶς.

ης. sic ⌒, ut: ἀμε[illegible], pro ἀμελής.

ῆς cum circumflexo, sic ⌒, ut: [illegible], pro τῆς περιβόλῳ.

εις Participiorum, eodem fere modo, ut: [illegible], pro λιφθείς.

εῖς Nominum, sic ⌒, ut: ἀφο[illegible], pro Ἀιολεῖς. ὑμ[illegible], pro ὑμεῖς.

εος. sic ⌒, ut: ἱ[illegible], pro ἱππέος; πό[illegible], pro πόλεως.

-α. sic ⌒, ut: ἀμήμ[illegible], ὁρμήμ[illegible], ὁμήμαλα, ὁρμήμαλα.

Alpha quoque in medio vocabuli his duobus punctis pingitur, ut [illegible], id est, κάλαθρόμενα. Sic quoque effingitur vocalis A Syrorum, quam vocant ܦ Pthohho: nam, verbi gratiâ, ܒ est Beth, sed, cum his duobus punctis, ܒ sonat Ba, ut in ܫܒܚܗ Schabahh. Hactenus cognitam est quinque vocalium figuras Syros Græcis acceptas referre: sed hodie, ut ex hoc Codice MS. discimus, hanc quoque formam, quæ ad Hebraicorum punctorum

effigiem adumbratam falso existimabatur, sibi vendicare et quasi proprio jure repetere potest Græcia. *

χος. sic ⸌, ut ἀριστ⸌, pro Ἀριστάρχος.

χου. idem compendium, ut ἀριστ⸌, pro Ἀριστάρχου.

χης. idem; ut μα⸌, pro μάχης, et interdum μαχεσάμενω.

χῃ. idem; ut τω τ⸌, pro τῇ ψυχῇ.

χας et χους. idem; ut τ⸌, pro τρίχας.

χια. idem, ut ω⸌, pro εὐωχία, et interdum εὐωχίας.

κος et κον. sic }; ut καθολ}, pro καθολικόν.

κως. sic quoque }; ut ἀπορθωτ}, pro ἀπολαυστικῶς, et τροπ}, pro τροπικῶς.

εν. sic ⌣; ut ἀφίκομ⌣, pro εὑρίσκομεν; ἀν ἀχ⌣, pro ἀνέσχεν; ἤκουσ⌣, pro ἤκουσεν.

αν. sic ⸢; ut ἀπέδωκ⸢, pro ἀπέδωκαν; ἤλω⸢, pro εἵλκυσαν; πᾶσ⸢, pro πᾶσαν.

ες. sic ²; ut ὧν θορρᾶσ², pro ἐπιθόρρουν̃τες; κρίνοντ², κρίνοντες; ἄφωντ², pro ἄρσαντες.

νης. sic ⸣; ut ἠρ⸣, pro εἰρήνης; στ⸣, pro στεφάνης.

θη. sic ᵒ; ut ἐλυ⸣, pro ἐκλήθη.

θεν. sic ᵒ; ut ἄπω⸣, pro ἄπωθεν.

περ. sic ᵖ; ut ὥᵖ, pro ὥσπερ.

μενος. sic ⸥; ut ὀκκό⸥, pro ὀσσόμενος.

μενη. sic ⸣; ut δωρ⸣, pro δωρουμένη.

μενον. sic ⸣; ut γινο⸣, pro γινόμενον.

μενης. sic ⸣; ut ουλο⸣, pro οὐλομένης.

* *Interdum quoque* Alpha *pingitur in M.ſcr. ut* Pathach *Hebr. superimpositum, ad instar fere Arabici* Phatah, *ut* σχῆμ *pro* σχῆμα. *Sic apud Syr. Hebr. Ar. Græc. vocalis* A *simili modo formatur.*

Tab. VIII. **TABULA TERMINATIONUM.**

μενω. sic ῃ̃, ut: ἀφιγμένῃ̃, pro ἐφιγμένῳ.

μενως. sic ῃ̃, ut: ἡρμοσμένῃ̃, pro ἡρμοσμένως.

μενοι. sic ῃ̃ι, ut: ἐπεγραμμένῃ̃ι, pro ἐπεγραμμένοι.

μεναι. sic ῃ̃αι, ut: ὁμοιωθημένῃ̃αι, pro ὁμοιωθήμεναι.

μενα. sic ῃ̃α, ut: πεπνυμένῃ̃α, pro πεπνυμένα.

μενων. sic ῃ̃ν, ut: παρακειμένῃ̃ν δηλουμένων.

μενοις. sic ῃ̃ις, ut: μνημονευομένῃ̃ις, pro τετελευτηκόσι; et παρολεγμένῃ̃ις, pro παρολεγμένοις.

SPECIMEN LECTIONIS,

In quo totum exhibetur Apollonii Lexici Omega.

ὦ : ἐπιφωνηματικὸν μόριον κλητικὸν. ὦ φίλε Πόλλαι. ὦ θεοί. ὦ πόποι. δασυνόμενον δὲ ὁ ὠμόν μόνον ὅ τι ἀφ' ὅλης τοῦτο ταύτης ὁρᾶται πλαγίων.

ὄρμος: ὁ τόπος ἐν θαλάττῃ περιεχόμενος ὑπὸ γῆς πρὸς ἀνάπαυσιν ὄντως τοῖς πλέουσι μοίσῃ δηλονότι μόχθοις λιμένι. ὅθεν καὶ ὁρμᾶσθαι τὰ πλοῖα λέγεται. ὁμωνύμως δὲ καὶ ἡ ἁλυσὶς ἡ σιδηρᾶ ἡ τὰς ἀγκύρας κατέχουσα. Ταύτας δὲ τὰς γραφὰς ἡ ἐπανόρθωσις ἀφ' ὅλων ταύτης ὅτι δηλονότι ὀρθῶς ἔχουσιν. ὦ ἰὼ ἰώ, ἐπιφωνήματα ὀδυρμοῦ τε. ὅ τι αὐτοῦ σὺ ἀφ' τὸ ὅτι ἔστι τοῦ αὐτοῦ ὅ τι τοῦ αὐτοῦ. ὅτι μὲν τὰ, ἁμαρτάνουσιν οἱ ἄγαν ζηλοῦντες μόνον ὀκτάεδρα. ὅτι δὲ ἔστι τοῦ αὐτοῦ τρόπου ὁ αὐτὸ τρόπον τινὰ ἐξ ὅλου τοῦ ὅτι ἔστι (αὐτὸ ὅτι) ὡσανεὶ μέσον ἐστὶ μοιρῶν ἑξήκοντα. αὐτὸ ἵνα ὅπως. ὡσανεὶ μιμούμενα ἱστία χεῖρα μανδρὶ ἄπλα. αὐτὸ ὅτε. ἐκστρεβλοῦσθαι ἀστεροπὰς ὑπὸ νέφους ἰσχυρὸν ἀμβλύ. αὐτὸ δὲ ὅτι. ὅτι σχεδόν. ὡσανεὶ ἔχει ἀφ' ἑαυτοῦ. αὐτὸ τοῦ. ὡσανεὶ τὸν ὁμοίως ἀφ' ἑαυτοῦ ὁμοῖ. δασυνόμενον δὲ ὑπὸ τοῦ ὅσου, τὸ ὁμοίως ὅλως. ἁλλὰ ὅσον ἐθέλω λόμενα πάντα, ὑπὸ ἁλὸς δῶρ ἀνελόμενος ἐκ πέρ.

ὀλοτύπη: ὁλοτρόπως. μὴ ὅτι γε νῦν ὡς τετυπωμένων.

ὅδε: ἐστὶ ἀεὶ φαρ ὁλόπτεσθαι ἀλλ' τὸ ὅτι πάντας. ὅδε πλοῦ φράζεις ὅτι ὅτι ἔστι τὸ φράσε πρόμολόν δε. ὅτι ἀλλά. πρόσθεν δὲ ὅτι ὡς ἐκ πρόχειρον ἀναγνώσεται φωνή.

ὀδεε: ὀζεῖν. ὁμοίως δὲ καὶ ὀδεῖν δὲ χρόα πάντα: οἰδάθη: ὀλόλαβεν:

ὠκα: ταχέως. ὁμοίως τῷ ὡς ὠκὺς ἁλίου ἀκτὶς ταχύς. ἡ ὠκὺ μὲν μῦθον ὅ ταχὺ. καὶ ὡς ὠκεανός. ἡ ὠκεανὸς χθονοδίνην ἐκύκλωσεν Τ.

ὠχέναι: πολλῷ. ἀφ' ἡ ὠκεανὸς πολλὴ ὅλη πλησίον: ὠκα: ἀνάκα)

ὀκτ' κτ. ὁμοῦ. τόμος τετράς. ἡ πάμπαν. τὸ μεμιγμένον ἀέρος. ἡ πάμπαν. τὸ ἴδιον φῶς ἀμιγὲς

(προταμοῦ:

ϣ μηνή : ὁ μ̄ ἀπὸ προϊσθαι κε τὸ σω δ̄ ἀκ ὁ ἡν. μεταπτωσις
ϳ ὅτ̄ : ὁμοϳ. ὁμοφ ἀρι. δλω ατϳ ϳ ὲ π̄ νο ν̄ ἡ ϳ ὸ ϳ τον ἡ θ π̄ τ̄ ὁ μό τωτα
ϣ μηνιεε : ἐ μ̄ τ̄ ὅ θ ἡ ἐ̄. δλμοῖ δὲ τὸ σω λή τιοε ϳ ϳ λ̄ ὁ χλεφ ἡ π̄ τ̄ χλεφ αν :
ϳ ἡ ρ̄ π̄ ὁ μ̄ ἀμ ί μο ϲ μ ί νθ ϳ τὸ ϳ σω αρ τ ὁ ν τ ϳ σον : ϣ ϲ ο τέ ρ̄ : ὁ μ ὲ ϳ μ ί μ ϳ :
ϣ ϲ ο θέ τ̄ : τὸ ἀφ ϵκ ἀφ̄ μέ λ ϲ ο τ̄ ἀφ ἡ μ ί ν ὁ ϳ ϵρ ὸ ἀφ ϵχ ἡ ὥ ϵτ ὁ μ ο ῦ ὀ ν τ ο σ ϳ ϵ
ϣ ηον : τ̄ κτ̄ ϵ ϲ μ ο ϵ ϳ τ ί μ̄ ἀ τ̄ ν ὸ ϵ ν ϵ τ ϳ ϳ ὁ μ ι τ ὶ ϳ ἀ ϵ ϵ χ ἡ ί : ϵ ο ν τ ϵ τ ὁ κ ϳ ὅ π ϳ τ̄ σ ν ο τ ϳ :
ϵ ΝΗϹΕΝ : ἀ φ ἑ λ η ο ῦ ν : ϣ π ά ζ ϵ τ ο : ϵ α τ ὸ π ι ν ὸ δ ϳ ὁ μ ϵ ν ϵ ν δλμοῖ δὲ ϳ τὸ π̄
ϵ ο ὶ λ ο ῦ. ὁ τ ϵ ο μ τ ϵ χ ϳ ϳ π μ ϵ δ ι ῶ ϳ μ ἑ. τ ὸ ὁ δ ϵ ϵ ϵ ο ὶ λ ι μ ὸ φ ϵ ϳ λ ἡ μ ϵ ν λ ἡ μ
ϣ π ζ ϵ τ ο : ϵ ο ν φ ρ ο φ ἡ ν ϵ ο ι ἡ τ ο : ϣ ϲ π ϲ ο ν ὸ ὁ τ̄ χ ά ρ ι ϣ π ο σ ὁ :
δ ο ο ν τ ϵ ρ ὸ μ ϵ ν ϵ ο ν τ ὶ τ̄ ἀ ρ ὶ ν ϵ ν ἡ ὁ π ϲ ϵ ϵ ν ἡ ϵ ἡ ϵ ὁ ν ὁ ν τ ὶ τ̄ λ α ῦ κ ὸ ϳ π ῦ ρ ρ ϵ ο β α
ρ ι τ ο ν ϵ μ ϵ ν ο υ χ ϵ τ̄ ὁ μ ο ι ν μ ί α ν ὅ τ̄ ϳ ϵ ο ν ὶ τ ῷ ὁ π ϲ ο . τ υ χ ὸ ν δ ϵ ϳ σ ω α φ ι λ ί ϳ ὁ
ϣ π ι ά σ τ ο : ϖ α ϵ δ ι λ α ά σ α τ ο : ϣ π ἀ ν α φ ἡ λ ω π η ϲ ὁ :
ϣ ρ ε ῖ ν : φ ὴ λ α σ φ ἡ ν ὁ ϵ ̄ ϳ ϵ ν ϵ φ ρ ὸ σ ϳ π ν ϵ ο ὸ ν :
ϣ ρ ϵ ο ο ν : Γ ω α ι ξ ί π̄ σ ω ν ϵ ϳ α χ ί λ α ϳ τ ὸ ἰ ὰ ν δ ϵ ϵ ϵ ϵ ϳ ὸ ν ὁ ϵ ̄ ϳ ϵ ω ν ϵ ί ὸ ν :
ϣ τ ϵ ι λ ή ν : τ ω ὐ θ ω χ ϵ ὸ ϲ τ ϵ ὸ ϵ ϳ ν ϳ ϲ τ ί ν ω ὁ π ο ο ὁ ῶ τ ϵ ϵ ϵ ϳ π ρ ὸ ὁ λ ο ο σ ὁ ω μ ὶ ὼ π ϵ λ ω ὶ ὸ
δ ι α κ ὶ ὸ ο ν ἀ μ ί ω ν ϵ ϣ . ὁ ἐ λ ϵ ν ἀ ϵ ί φ α ῦ τ̄ ϳ τ̄ π̄ ὁ μ ὶ ἀ λ ϵ ϵ ῖ ϵ ο ὶ τ ῷ ν ω μ ϵ ϵ ϵ ὸ ν τ̄ μ ϵ ν ϵ ϵ ϵ ὁ ν .
α ὐ τ ὶ μ α ὶ ὁ ἀ ρ ϵ ο ν ϵ ϵ ν ἡ μ α μ ϵ ϵ ν ϵ φ ἐ ϵ ὸ ϵ ὸ τ ἁ μ ὲ ϵ ν ϵ ἀ ρ ὸ ὁ κ χ ἁ ρ ὸ ϵ ὸ μ ϵ ω ν ϵ ὸ χ ϵ ο ο ν
τ ϵ φ ο τ α ϳ , ὁ μ μ ὰ ϵ ὺ μ μ ϵ τ α ϳ ϵ ὸ ο ὸ τ α ϳ ὁ ὰ ρ ὸ π̄ μ ὰ ρ τ ὸ ϳ ὁ τ α ϳ ϣ τ ϵ ι λ ή :
ϣ χ ϵ ϣ : ϣ χ ϵ ί α ϵ ϳ ο ν ϣ χ ρ ο φ ὸ τ μ η ν ϵ ϳ ι λ ϵ π ϵ ρ φ α ὸ ὁ ϳ ϣ χ ρ ὶ ϵ α τ α . ϣ χ ϵ ί α
ϵ α τ α . ϳ τ ὸ ϣ χ ϵ ὶ ϵ α τ α χ ρ ὸ ὁ λ ϵ α μ ί μ ο μ η ν .

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ

ΣΟΦΙΣΤΟΥ

ΛΕΞΙΚΟΝ

ΚΑΤΑ ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ

ΤΗΣ ΤΕ ΙΛΙΑΔΟΣ ΚΑΙ ΟΔΥΣΣΕΙΑΣ.

APOLLONII

SOPHISTÆ

LEXICON ILIADIS ET ODYSSEÆ,

SECUNDUM SERIEM LITTERARUM DISPOSITUM.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ [1]

ΣΟΦΙΣΤΟΥ

ΛΕΞΙΚΟΝ

ΚΑΤΑ ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ

ΤΗΣ ΤΕ ΙΛΙΑΔΟΣ ΚΑΙ ΟΔΥΣΣΕΙΑΣ.

Α

Α. Ψιλῶς καὶ δασέως ἐπφερόμενον, δηλοῖ χειλιασμὸν, σέρησιν, πολὺ, ὁμῶ, φαῦλον, ἴσον, ὅμοιον, σύν. χειλιασμὸν, ὅτ' ἂν ὑποδυσπετῶντες λέγωμεν Ἄ. σέρησιν, ὅτ' ἂν λέγωμεν ἀθενὲς, τὸ ἐσερημένον [2] ἢ ὑπάρχοντος θένος. πολὺ, ὅτ' ἂν φῶμεν ἀχανὲς πέλαγος, ἀντὶ οὗ, ὅτι πολὺ κεχηνός. ὁμῶ, οἷον ἀδελφὸς, ὁμαδελφὸς, καὶ ἀκολουθῶν, τὸ ὁμοκέλευθος. [3] τὸ δὲ φαῦλον, ἴσον τὸ [4] κακοπροσώπον, κακοτράχηλον· ὅτ' ἂν φάσκωμεν, ἀπροσώπον καὶ ἀτράχηλον. τὸ δὲ ἴσον καὶ ὅμοιον, ὅτ' ἂν οἱ ποιηταὶ τῷ ἰσολεχῆ ἢ ὁμόκοιτον, ἄλοχον καὶ ἄκοιτιν καλῶσιν. τὸ δὲ σὺν, ὅτ' ἂν, ἀντὶ τοῦ συνέτυχεν,

---

1 Ἀπολλωνίου. Hunc titulum præfixum habet Codex Manuscriptus.

2 Ἐσερημένον. Sic habet Codex Manuscriptus. Male Montfauconius, in excerptis quæ habet *Bibliotheca Coisliniana*, legit & edidit ὑσερημένον, quod minus bene respondet voci σέρησιν præcedenti.

3 Ὁμοκέλευθος. Lege ὁμοκέλευθον; ut conveniat cum neutro ἀκολουθῶν.

4 Ἴσον τό. Clar. Hemsterhusius ad Aristo-

APOLLONII

SOPHISTÆ

LEXICON

ALPHABETICUM

ILIADIS ET ODYSSEÆ.

A

A. Spiritu tenui & aſpero notatum indicat querimoniam cum lamentatione, privationem, multum, ſimul, malum, æquale, ſimile; & præpoſitionem *cum*. Querimoniam cum lamentatione indicat, quum animo deficientes in rebus adverſis exclamamus Ἆ. Privationem, quum dicimus ἀδεής, *id eſt*, infirmum, privatum ſolito robore. Multum, quum vocamus mare ἀχανὲς, pro valde & multum κεχηνὸς, *id eſt*, hians. *Simul* quoque ſignificat, ut ἀδελφὸς, frater, pro ὁμαδελφὸς, & ἀκόλουθον, *id eſt*, ſequens, pro ὁμοκέλευθον, *id eſt*, quod eamdem carpit viam. Malum vero notat, cum dicimus ἀπρόσωπον & ἀτρήχηλον, pro κακοπρόσωπον & κακοτρήχηλον, *id eſt*, malâ turpique facie, aut turpi collo deformem. Æqualitatem vero & ſimilitudinem innuit, cum poetæ ἄλοχον & ἄκοιτιν vocant mulierem ἰσοδεχῆ & ὁμόκοιτον, *id eſt*, æqualis conſortem tori, ejuſdemque ſociam thalami. Poſtremo

phan. Plutum p. 398. hæc verba, quæ laudat, ſic reſtituit: τὸ δὲ φαῦλον, ὅταν φάσκωμεν ἀπρόσωπον καὶ ἀτρήχηλον, ἴσον τῷ κακοπρόσωπον, κακοτρήχηλον.

ἀξόλησεν [1] λέγωμεν. σημαίνει δὲ καὶ ἄρθρον, καὶ τὰ αὐτῶν. ὅτ' ἂν μὲν ᾖ τὸ ἄρθρον·

——— Ἄρ' [2] ὃ τελέεσθαι ἔμελλεν.

ὅτε δὲ τὰ αὐτῶν·

Ἦτοι [3] ὁ μὲν τὰ ἃ δῶκεν. ———

ἔχει δὲ καὶ ἄλλας πλείονας δυνάμεις.

Ἀάατος. [4] Ὁ ἀβλαβὴς καὶ εὐχερὴς, καὶ δι' ὃ ἄνευ ἄτης. ἐνίοτε δὲ, ἡ ὑπόβλαβῆ ἢ δυσχερῆ. ὡς ἐν τῷ·

Μνησήρεσσιν [5] ἄεθλον ἀάατον. ὃ γὰρ οἶδα.

Ἀφὸ δὲ τοῦ Χ, τὴν ἀβλαβῆ· [6]

Οὐλον [7] μὲν δὴ ἄεθλον ἀάατον ἐκτετέλεσται.

Ἄλσαν. Ἔβλαψαν.

Ἀλσάμην. [8] Ἐβλάβην, ἄτην ὀφείλησαν.

Ἀάπτους. Οἱ μὲν δασύνοντες τὴν δευτέραν ἀποδιδόασιν ἀπροσπελάστους, ὧν οὐκ ἄν τις ἅψαιτο· οἱ δὲ ψιλῶς [9] ἀναγινώσκοντες, ἀπλοήτους. ἔνιοι δὲ, ἀνεκφεύκτους, ἢ χαλεπάς· ἵν' ᾖ τὸ μὲν Α [10] ἐπεκτεταμένον, [11] τὸ δὲ δεύτερον συγκεκομμένον.

---

[1] Ἀξόλησεν. Vide Heſychium in Ἀξολεῖν.

[2] Ἄρ'. Lege ſeparatim ἄ ῥ'.

[3] Ἦτοι. Il. P. 193.

[4] Ἀάατος. Sic in Codice Manuſcripto, quamvis primum *alpha* fere deletum ſit; ſic bis in Homero. Male Montfauconius edidit ἄατος. At in duobus verſibus ab Apollonio laudatis ſcriptum reperitur ἄατος. Legendum tamen ἀάατος, ut conſtet metrum. Vide Etymol. & Heſ.

[5] Μνησήρεσσιν. Od. Φ. 91.

[6] Τὴν ἀβλαβῆ. Lege τόν; ut ſupra, τὸν ἐπιβλαβῆ.

[7] Οὐλον. Od. X. 5.

[8] Ἀασάμην. Male Montfauconius dedit

ſumitur pro præpoſitione *cum*, quando vice verbi συντυχεῖν, *occurrit*, uſurpamus verbum ἀθόλησεν. Indicat quoque articulum & *ſua propria*. Articulum quidem:

——— *Quæ non erant exitum habitura.*

Notat vero *ſua propria*, ut:

Ille quidem ſua dedit. ———

Habet & alias plurimas ſignificationes

Ἄλατος. Innoxius & facilis, & per quem ſumus ἄνευ ἄτης, *id eſt*, ſine noxâ. Aliquando vero notat noxium & difficilem, ut in hoc verſu:

Procis certamen noxium & difficile. Non enim puto.

At in vigeſimo ſecundo Libro, innoxium ſignificat:

Hoc quidem certamen innoxium peractum eſt.

Ἄλασαν. Damnum intulerunt.

Ἀλάσθην. Noxâ affectus ſum, in damnum incidi.

Ἀλάπτοις. Alii quidem cum ſpiritu aſpero ſecundam efferentes ſyllabam, inacceſſos vertunt, quos quis non ἅψαιτο, *id eſt*, tangere audeat: alii vero cum tenui ſpiritu legentes, intrepidos explicant. Quidam vero eos intelligunt quos effugere non licet, aut graves; ita ut prior quidem littera ſit ſuperextenſa, poſterior vero, conciſa.

ἀσάμην. Extat ἀκασάμην in Codice Mſ. & Il. I. 116. ac Υ. 137. At ἀσάμην nuſquam in Homero reperitur. Hoc fraudi fuit Clariſſimo viro, quod prius *alpha* hîc quoque vix appareat. Vide Heſ.

9 ψιλᾶς. Sic in Codice Manuſcripto: male Montfauconius legit ψιλάς.

10 A. Hoc vitioſe expreſſit Montfaucon. per πρῶτον; nam, cum de duobus tantummodo agatur, melius exprimeretur per πρότερον. Sed pariter male habet Etymologus Magnus: ἵν' ᾖ τὸ μὲν Α ΠΡΩΤΟΝ ἐκτεταμένον, τὸ ᾗ δεύτερον, συνεσταλμένον. Ubi vides συνεσταλμένον pro συγκεκομμένον; ut ſupra poſuit ἀνιφίκλης pro ἀνεκφοίβλης.

11 Ἐπικλεταμένον. Male contra fidem

Ἀάσχετον. Ἀκατάσχετον, ἀνυπομόνητον. ἢ τὸ κατ' ὑπόφασιν τῆ δυσχερῆ. εἴρηται δὲ κατ' ἐπέκτασιν. τὸ γὰρ [2] αὐτῆ ἢ δι' αὐτῆ.

Ἄσχετον, [3] οὐκ ὑπομενετόν. ——

καί·

Μήρος [4] τοι μένος ἐστὶν ἀάσχετον, οὐκ ὑπομενετόν.

Ἀατές. Ἄθραυστον, ἰσχυρόν.

Ἀάσαι. Πολλαχῶς ἢ ἄγαν βλάψαι.

Ἄᾶται. Ἄγαν βλάπτει.

Ἀασίφρων. Βλαβεσίφρων. εἴρηται δὲ ἀεσίφρων. σημαίνει τῷ ἔχοντι [5] κεκοιμημένας τὰς φρένας, καὶ ἠ διεγηγερμένας.

Ἀάσατο. Ἠγνόησεν, ἥμαρτεν, ἐφθόνησεν. [6]

Ἄᾶσθαι. Λωβᾶσθαι, κακῶν.

Ἀασιφρονία. [7] Φρενοβλάβεια.

Ἄατον. [8] Μέγαν, ἀκόρητον, πονηρόν. οἱ δὲ, ἄβλητον· οἱ δὲ, ἄτονον.

Mſ. Codicis edidit Montfaucon. ἐκπεπαμένον, quod tamen habet Etymol. At fortaſſe hîc legendum: ἢ ἀϊάπτους, κατὰ ἔλλειψιν τοῦ Ι. ἵν' ᾖ τὸ μὲν Α ἐπεκπεπαμμένον, (ſeu ἐπιπεπαμμένον,) τὸ δὲ Ι συγκεκομμένον. Ut Euſtathius, qui in hanc vocem omnino conſulendus eſt, habet ad Il. A. p. 150. Edit. Rom. 1542: ἢ ἀίαπτοι, κατὰ ἔλλειψιν τοῦ Ι. ὡς ὁ δύναταί τις ἰάψαι, ὅ ἐστι βλάψαι. ἢ κατὰ ἐπίτασιν, ἐφ' πολλὰ ἰάπτειν δυνάμενον. Sic & Etymol. ὀξ ὃ (ἰάπτω ἰάπτεις. ἰκὴ κατὰ στέρησιν, ἀϊάπτους ἢ κατὰ ἔλλειψιν τοῦ Ι, ἀάπτους. Paſſim in Hom. χεῖρας ἀάπτους.

[1] Ἢ τό. Fortaſſe ἤτοι.

[2] Τὸ γὰρ αὐτῆ ἢ δι' αὐτῆ. Mallem τοῦ γὰρ &c. *id eſt*, ejuſdem ſcilicet autoris & in eodem opere; ut ſupra λϛ' τοῦ κ ſignificat *in libro vigeſimo ſecundo*, ubi laudatam vocem reperire eſt. Forſan aliquis legat: τὸ γὰρ αὐτὸ, (pro αὐτῆ,) καὶ δι' αὐτῆ. *Idem enim eſt, & in eodem opere*, (ſcilicet Iliade,) ſeu *ſenſu*.

[3] Ἄχεον. Il. Π. 549.

[4] Μήρος. Il. Ε. 892.

[5] Τῷ ἔχοντι. Lego τ' ἔχοντα; ut & edidit Alberti. Vide Etymol.

Ἀάσχετον. Quod retineri non poteſt, aut intolerandum; ita ut tunc prius *alpha* intenſivum affirmet aliquid eſſe valde ἄχεϛον, *id eſt*, intolerabile. Dicitur vero per ſuperproductionem; ejuſdem enim eſt, & in eodem poemate:

Ἄαχεϛον, id eſt, *intolerabile, indomitum.* ——

Et:

Matris tibi ingenium eſt ἀάχεϛον, id eſt, *intolerabile, indomitum & intractabile.*

Ἀατές. Quod frangi non poteſt, firmum.

Ἀάζαι. Variis modis & multum nocere.

Ἀᾶται. Valde nocet.

Ἀασίφρων. Mente captus. Dicitur quoque ἀεισίφρων. Notat hominem qui habet mentem veterno torpentem, non vero erectam & vigilantem.

Ἀάσατο. Imprudens deliquit, peccavit. Et Ἀγάασαλο, invidit.

Ἀᾶσθαι. Damnum inferre, malo afficere.

Ἀασιφρονία. Dementia.

Ἄατον. Magnum, inſatiabilem, pravum. Alii vero ſagittam nunquam alias emiſſam intelligunt, vel quæ nondum percuſſit. Quidam non contentam, remiſſam explicant.

---

6 Ἐφθόνησεν. Duas confudit gloſſas librarius. Poſt ἥμαρλεν ſic novum conſtitue articulum: Ἀγάασαλο. Ἐφθόνησε. Vide Heſ. & Il. p. 71. ac Schol.

7 Ἀασιφροσύνη. Nuſquam apud Homerum extat hæc vox. Legitur Od. o. 469. ἀεισιφροσύνησι.

8 Ἄαλον. Ob præcedens Ἀάαλ©-, p. 4. hîc mallem ἄατον, quod eſt ἀκόρεϛον. Reſpexit Il. x. 218. μάχης ἄατον, & paſſim, ἄατος πολέμοιο; unde infra p. 214. Ἄατος interpretatur, ἀκόρεϛος, ἢ βλαπλικὸς κατὰ πόλεμον. Hinc unice emenda Heſ. & Gloſſas in eum ab Alberti laudatas quæ Ἄαλον pro Ἄλον male legentes, & cum longe diverſo Ἀάαλον pejus confundentes, peſſime conjunctim explicant ἀδλαδὲς, ſeu ἐπιδλαδὲς, ac ſimul ἀκόρεϛον, ἀπλήρωλον; cum prior quidem ſenſus ad Ἀάαλος, poſterior vero ad ἄατος referendus ſit. Sequentia autem in Apollon. ὁι ῾, ἄδλεϛον &c. ſuo loco mota pertinent ad Ἀδλῆτα, p. 8. & ad finem hujuſce poſterioris gloſſæ rejicienda ſunt, ineunte pag. 10.

Ἀδεῖν. Ὀχλεῖν, ἀπορεῖν, ἀδικεῖν, ἀσιτεῖν.

Ἄλιον. [1] Ἄτακτον, ἀκρατές.

Ἀβάλε. Ἀβάλ... [2] ἔ.θε.

Ἀβάκησαν. Τῶν ἄπαξ εἰρημένων. σημαίνει δὲ τὸ ἠγνόησαν. οἱ δὲ ἀσύνητον ἢ βλακὰ ἀβακὴν λέγουσι. ὁ παρείχων τὴν λέξιν [3] σίχω·

——— Οἱ δ' [4] ἀβάκησαν

Ἄπαντες· [5] ἐγὼ δέ μιν οἷη ἀνέγνων τοῖον ἐόντα.

Ὁ δὲ Ἀπίων, ἢ στέρησιν τοῦ βάζειν. τὸ δὲ λέγειν ἢ ἱστορεῖν, οἱονεὶ φάζειν, ὅπερ ὀρθὸν φράζειν, [6] κατὰ παραλειψιν τοῦ P.

Ἀβληχρήν. Οἱ μὲν, ἀπαλήν· οἱ δὲ, ἀσθενῆ·

Ἀβλῆχρ', [7] ὑδενόσωρα, τὰ δ' ὑ μένος ἀμὸν ἐρύξει.

ἢ ἐπὶ τοῦ·

——— Θάναλος [8] δέ τοι ἐξ ἁλὸς αὐτῷ

Ἀβληχρὸς ἅμα [9] τοῖος ἐλεύσεται, ———

οἷον ἀσθενὴς, ἀμαυρός.

Ἀβλῆτα. Ἄπαξ εἰρῆται ἡ λέξις·

Ἀβλῆτα, [10] πτερόεντα, μελαγναίων ἔρι' ὀδυνάων.

---

[1] Ἄλιον. Mallem ἄλιον; sed obstat consensus Hes. quem vide.

[2] Ἀβάλ.... Lego Ἀβάλαι. Etymol habet Ἄβαλ, Ἄβιλ, & Ἀβάλαι. Vide Hes.

[3] Λέξιν. Significat vocem rarissimam; ea vis hujusce vocabuli. Verba enim antiqua & a vulgi familiaritate abducta λέξεις vocant Critici veteres, teste clarissimo Ruhnkenio ad Timæum Platonis Lexicographum, in quem doctissimis animadversionibus illustratum omnem eruditionis Græcæ copiam effudit. In Ἀβάκησαν & Ἀβάκης vide Etymol. & Hes.

[4] Οἱ δ'. Od. Δ. 249.

[5] Lege Πάντες.

[6] Κατὰ παραλειψιν. Mallem κατὰ παραλειψιν. Nam falsum est φάζειν fieri per assumptionem Γ *rho*, ut innuere videtur simplicior hujusce loci constructio. Hoc

Ἀδεῖν.

Ἀᾳῖν. Moleſtiam inferre, indigere, injuriâ opprimi, cibo abſtinere.

Ἀάλιον. Inconditum, intemperatum.

Ἀβάλε. Utinam.

Ἀβάκησαν. Vox quæ ſemel occurrit. Significat autem non agnoſcebant. Quidam deſipientem & fatuum ἀξαχὴν vocant. En ipſummet verſum qui contineat hanc dictionem rariſſimam:

——— *Alii* ἀξάκησαν

Omnes; ego vero illum ſola agnovi talis quod eſſet.

Apion vero contendit formari hoc vocabulum ex *alpha* privativo & βάζειν; quod quidem verbum notat loqui & ſciſcitari, tanquam φάζειν, quod idem eſt ac φράζειν, & ex eo derivatur per omiſſionem conſonantis *rho*.

Ἀβληχρὴν. Alii quidem mollem, alii vero infirmam reddunt:

Infirmas, nihili æſtimandas, quæ non robur meum arcebunt.

Et in hoc verſu:

——— *Mors vero tibi ex mari ipſi*
Lenis prorſus talis adveniet. ———

ἀβληχρὸς hîc eſt quaſi infirma, vix in ſenſus cadens.

Ἀβλῆτα. Hæc vox ſemel occurrit:

Nondum emiſſam, pennatam, gravium fulcrum dolorum.

---

modo formatur potius φράζειν ex φάζειν. Aliunde, nuſquam ἀφαίλιψις inter ſchemata dictionis locum obtinet; ſed ἀφαίλειψις una eſt ex præcipuis quæ recenſentur figuris. Dicendum ergo, quod verum eſt, formari φάζειν ex φράζειν omiſsâ conſonanti *rho*. Oritur mendum ex affinitate recentioris pronuntiationis quæ H & EI confundit. Itali dicunt *abbacare*, alicujus opinionem reſpuentes: *tu abbachi*, id eſt falleris. Vide Victorium & Alberti.

7 Ἀβλῆχρ'. Il. Θ. 178.

8 Θάναῖ@·. Od. Λ. 133.

9 Ἄμμι. In noſtro hodie Homero legitur μάλα.

10 Ἄβλητα. Il. Δ. 117.

οὔτε ἄλλῃ βεβλημένον, καὶ ὃν, ἢ πολυβλῆτα, ὅιον πολλὰς βεβληκότα.

Ἀβρότη. Ἐωλ τῦ·

Νὺξ [1] ἀβρότη, ἣν ἐ τῇ ἀπόχωνται πολέμοιο
Τρῶες. ———

Καὶ οἱ μὲν, τὴν ἐρήμην βροτῶν [2] φασιν· οἱ δὲ, τὴν ἀθάνατον, ἐξ ἧς ἡ θεία νοεῖται. ἐν δὲ ἄλλοις·

[3] Ἀμβροσίην διὰ νύπτα. ———

βέλτιον δὲ τὸ Α.

Ἀβροτάξωμεν. Ἁμάρτωμεν ἀλλήλων.

——— [4] Ἀβροτάξομεν ἀλλήλοιϊν
Ἐρχομένω. πόλλαι γὰρ ἀνὰ στρατὸν εἰσι κέλευθοι.

Ὁ ἡμεῖς λέγομεν διαμφοδήσομεν [5], ἀπὸ τῦ ἀποτυχεῖν τ βροτὸν τῦ βροτῦ κ τὴν συνάντησιν. ὅθεν καὶ τ βουλόμενον τρῶσαι μὴ ἐπιτυχεῖν, ἡμβροτες [6] λέγει.

Ἄβρομοι. Οἱ σὺν βρόμῳ πολλῷ.

[7] Ἄβρομοι, [8] αὐΐαχοι, ἕλωντο δὲ νῆας Ἀχαιῶν
Ἀιρήσειν. ———

---

[1] Νύξ. Il. Ξ. 77.

[2] Βροτῶν. Æschylus ab Eustathio & Phavorino laudatus alicubi dixerat: ἄβροτον ἀντὶ τῦ ἐρημίαν, ex A privativo & βροτὸς mortalis. In lexico mſ. bibl. Coiſl. pag. 499, optime explicatur: ἐν ᾗ βροτὸς ὐ φαίνεται.

[3] Ἀμβροσίην. Il. Β. 57.

[4] Ἀβροτάξωμεν. Il. Κ. 66.

[5] Διαμφοδήσομεν. Lege in ſubjunctivo διαμφοδήσωμεν, ut Heſ. habet ἀμφοδήσωμεν. Poeticè enim licentiâ *omega* in *omicron* vertitur apud Homerum, qui habet ἀβροτάξομεν pro ἀβροτάξωμεν. Sic in Od. Anacreontis 41, legitur ἀναμέλψομεν, pro ἀναμέλψωμεν. Contrario prorſus modo *omicron* in *omega* mutabant Dores; & in eodem carmine occurrit ὀδυραμῶμεν pro ὀδυρομῶμεν. In Heſychio vitioſe legitur, ἀβροτάξωμεν: oritur mendum ex affinitate conformationis litterarum Ξ & Ζ, præſertim in mſſ. codicibus. Idem Lexicographus habet: ἀποτυχεῖν τ βροτὸν τῦ βροτῦ μετὰ

Significat nunquam aliàs emissam, recentem; aut quæ multos percussit.

Ἀβρότη. In hoc versu:

Nox ἀβρότη, *si in eâ saltem abstineant a bello Trojani.* ———

Et alii quidem desertam ab hominibus interpretantur; alii vero immortalem: unde nox divina intelligitur. Et in alio loco:

Per noctem Ἀμβροσίην. ———

Sensus autem prior præferendus est.

Ἀβροτάζωμεν. Aberremus invicem:

——— *Aberremus invicem*
Venientes; multæ enim per exercitum sunt viæ.

Et hoc nos vocamus ἀλαμφοδήσομεν, quod aberret homo ab homine in occursu. Unde & homini qui, cum ferire voluisset, non assecutus est; dicit, ἄμβροτες.

Ἄβρομοι. Qui magnos fremitus cient:

Valde strepentes, valde resonantes, sperantes naves Achivorum
Se capturos esse. ———

τὴν συνάντησιν. Pro μετὰ, malo κατὰ, ut habetur in nostro Apollonio. Deducunt ἀβροτάζομεν; ex Α pro κατὰ & βροτὸς mortalis.

6 Ἄμβροτες. Il. E. 287.

7 Ἄβροτοι. Il. N. 41.

8 Ἄβρομοι, ἀυσέιχοι. Sic exulat & procul facessere jubetur illud litteraturæ Græcæ portentum, ab Hes. vel ejus librariis intrusum, ἀβρομέυσιαχοι, monstrum veluti Centaurus, ex duarum vocum compositione & commixtione natum. In eodem Hes. ἀυσέιχοι; μετὰ ἰχῦος μεγάλης; lege ut in nostro ἰαχῆς. Oritur mendum ex affinitate conformationis litterarum. A enim cum χ conjunctum proximè accedit ad figuram Σ *sigma*. Tandem, Deo favente, perveni ad finem primæ paginæ lectu omnino difficillimæ, de quâ illud affirmare non verear, quod de codice Elmacini, quo usus est Erpenius, olim profitebatur Golius; mihi scilicet id necessarium fuisse, ut

Καὶ τὸ αὐίαχοι, μετὰ ἰαχῆς μεγάλης, ὡς ἀχαιὸς πέλωρ, τὸ μεγάλως κεχηνός. ὁ δὲ Ἀπίων, ἤτοι ἄφωνοι καὶ ἴσυχοι· ὡς ἂν ἀδιατάξεως οὐκ γιγνομένης. βρόμος δὲ καὶ μίμησιν, ἡ ποικὰ φωνή. βέλτιον δὲ τὸ Α, ὅ ὅτι πολύβρομοι καὶ πολυίαχοι· οἱονεὶ δὲ αὐτοὺς κεκραγότας εἰσάγει, οἷον·

Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν ὄρνιθες ὡΐ.

ἐν ταῖς διαφωνίαις ἐπαιρομένους. τὸ δὲ αὐίαχοι, σημειωτέον ὅτι τὸ Υ.

Ἀβλαβέϊς. Ἀθενεῖς, καὶ φαῦλον, ἢ οἱονεὶ ἀβλεπεῖς, καὶ συγγένειαν τοῦ Μ πρὸς τοῦ Π.

Ἀβίων. Τῶν ἄπαξ εἰρημένων·

Γλαυκοφάγων[3], ἀβίωντε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων.

Ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ὡς ἔθνος ὅτως λεγομένου ἀκούει, καθ' ὧν ἢ τοὺς γλαυκοφάγους τετάχθαι καὶ τοὺς δικαιοτάτους. διὸ ἢ γράφει χωρὶς τοῦ τε συνδέσμου. ἢ, ὡς δικαίως βιούντων καὶ

Œdipum prius quam interpretem agerem. Teſtes appello viros omni doctrinarum laude celebratiſſimos, & in palæographiâ præſertim verſatiſſimos, quotquot hunc codicem, ab aliquot præſertim annis, quibus tam male affecta fuit hæc pagina, penitus inſpexerunt, quantum mihi in eâ reſtituendâ deſudandum fuerit; cum omnia verba trunca, mutila, uſu detrita ac tempore deleta, reliquiæ litterarum, non litteræ, fœdiſſime jaceant: ut quibuſdam in locis, id appareat tantummodo extitiſſe, quod nunc deſideratur, aut oculos fallit. Quod nemo à me ideo dictum putet, ut laudes eblandiar, tenuiſſimam ſuperatæ difficultatis glorioſam aucupando; ſed ut potius, ſi quid forte in tam lubrico ac ſalebroſo loco lapſus ſum, veniam impetrem ab indulgentiſſimo lectore.

Vox vero ἀυΐαχοι notat cum clamore magno ; & formatur ex *alpha* intensivo & ἰαχὴ clamor ; ut mare ἀχανὲς, *id est*, valde hians ; ex *alpha* intensivo & χαίνω, hisco. Apion vero intelligit, muti & quieti, tanquam acie nondum instructâ, nec consertis manibus. Βρόμος vero formatur per imitationem soni, & est certa quædam vox. Prior autem sensus potior est, scilicet, magnos fremitus, magnos clamores edentes. Ipsos enim tanquam vociferantes inducit, quale hoc :

Trojani quidem cum clangore clamoreque procedebant velut aves.

In secundis rebus elatos & turgentes exhibet. In voce vero ἀυΐαχοι, *upsilon* superabundat.

Ἀβλαβές. Infirmum, malum, vile, & quasi ἀβλεπὲς, *id est*, ne aspiciendum quidem ; ob cognationem quæ intercedit inter *bêta* & *pi*.

Ἀβίων. Hæc vox semel occurrit :

Lacte vescentium, & ἀβίων, justissimorum hominum.

Aristarchus quidem intelligit de nomine proprio gentis ad quam pertinent epitheta lacte vescentium, & justissimorum hominum. Ideo scribit sine conjunctione τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων, justissimorum hominum, non vero δικαιοτάτων τ' ἀνθρώπων, id est, justissimorumque hominum. Aut tanquam juste viventium, sine violentiâ, ex *alpha* privativo, & βία,

---

[1] Τρῶες. Il. Γ. 2.

[2] Τοῦ Μ πρὸς Β Π, duplex mendum ; lege Β Β πρὸς τὸ Π. Ἀβλαβὲς enim idem est ac ἀβλεπὲς, si mutetur *beta* in *pi* ; at *mu* quod nusquam extat in voce ἀβλαβὲς, non potest mutari in *pi*. Non multum discrepat forma Β *beta* à figurâ Μ *mu*, præsertim in mss. codicibus decimi seculi, unde natus error. Cognatione & permutatione litterarum abusi sunt veteres grammatici Græci, ut in Hebraicâ linguâ passim Rabbini, & hîc noster Apollon.

[3] Γλαυκοφάγων. Il. N. 6.

στέρησιν δ' βίας, ἢ τὸν [1] ὡρισμένον βίον ὃν ἐχόντων. ἔνιοι δὲ γράφουσι σὺν [2] τὸ τ',

——— Δικαιοτάτων τ' ἀνθρώπων,

καὶ ἀποδιδόασι τὰς ἀβίους, ἤτοι τὰς βίᾳ μὴ χρωμένας, οἱ δὲ, τὰς μακροβίους· οἱ δὲ, καὶ τῷ ὀνοματικῶς λεγομένων Ἀγαυῶν πάντα ἐωϊόεντα λέγεσθαι, τὰς ἰωπιμολγὰς, τὰς δικαιοτάτας, καὶ ἀβίους, γλακτοφάγους. ὁ δὲ Ἀσίων· ἤτοι ὡς καὶ ὁμοίως βιώντων, ἤτοι βιοις ἐλλειπόντων. ἔνιοι δὲ, κακοβίους, καὶ τὸ Α ταύτην δύναμιν ἔχοντος. εὔλογον καὶ δικαίως ὑπάρχειν τὰς τοιάυτας. ὅις γὰρ πολυτελείας καὶ τρυφῆς ἡ φρονῖις, τούτοις ἀδὲ πλεονεξία, καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιθυμία πρόσεσι. ἄλλοι δὲ περισσῶντες ἀβίων, δέχονται τοῖς βιοῖς μὴ χρωμένων. οὕτω γὰρ τὰ τόξα, βιοῖ λέγουσι.

Ἀβαρβαρίη. Ὁ Ἀσίων ὀνομάζεται Ναίδος εἶναι Νύμφης ὄνομα.

Νηῒς ἰ Ἀβαρβαρέη τέκε ἀμύμονι Βεκολίωνι.

---

[1] Ὡρισμένον. Fixum & immotum. Sunt enim Nomades vagi & errabundi, quales Scænitæ Arabes. Ἄβιον autem non eſt epithetum, ſed nomen populi cujuſdam Scythici qui Myſiæ Thracum adjacet. Ejus meminit Ammianus libro 23, qui, poſtquam de Hyrcaniâ locutus eſt, hæc addit: *contra hanc gentem, ſub Aquilone, dicuntur Abii verſari, genus piiſſimum.* Strabo autem primò ſic eos vocatos fuiſſe exiſtimat, quod abſque mulierum conſortio vitam minime vitalem degerent. Deinde mutatâ ſententiâ, hinc Abiorum nomen derivat, quod domibus carentes in curribus habitárent. Daniel Heinſius merito deridebat eos qui ſemidocti omnia ex Græcâ linguâ quaſi fidiculis contorta arceſſerent, quanto abſurdius eſt Scythicum nomen Scythicæ gentis ex Græco idiomate derivare, quum præſto ſit ad manum vox Scythica. Ἄβις enim apud Heſ. ex Scytharum linguâ depromptum ſignificat Ἰὸς ἀκόντων, *arcu jaciebant*; quo potiſſimum uſos fuiſſe Scythas apud omnes in confeſſo eſt. Itaque vocati ſunt Ἄβιοι, quod fuit commune totius gentis nomen; teſte eodem Heſ. Ἄβιοι, ἔθνος Σκύθων Ἐιρηνῶν, ut rectè emendavit Kuſterus. Sic inſulæ Baleares vocatæ ſunt à verbo Βάλλειν, *jacere arcu*, cui deditiſſimi erant earum incolæ; vel potius, ut obſervavit ſummus Bochartus in Chanaan,

violentiâ. Aut ſtabile & immotum vitæ genus non habentium. Quidam ſcribunt cum conjunctione τ', ſcilicet,

——— *Juſtiſſimorumque hominum*,

& reddunt ἀδίως per nulli vim inferentes: alii vero per longævos. Quidam in gentem Ἀγαυῶν de nomine dictam, congeri putant hæc omnia epitheta, ſcilicet, equimulgos, juſtiſſimos, & ἀδίως, & lacte veſcentes. Apion vero intelligit, aut certo quodam modo & ſimul viventes, aut quibus deficit victus. Alii reddunt, male infeliciter habentes: cum hanc quoque vim habeat *alpha*. Veriſimile quoque & tales eſſe juſtiſſimos. Quibus enim magnificentiæ & deliciarum nulla cura, iis neque adeſt inexhauſta aviditas habendi, aut alienis bonis inhians cupiditas. Alii accentu circumflexo notantes vocem ἀδίων, interpretantur arcu non utentes. Sic enim arcus vocantur βιοῖ.

Ἀβαρβαρέη. Apion exponit Naiadis eſſe nomen:

• *Naias Abarbarea peperit inculpato Bukolioni.*

---

ex בעל ירה *Baal iaro, magiſter jaculandi*, favente Strabone & Euſtathio qui annotaverant hanc vocem eſſe vernaculæ linguæ vel Phœnicum. Sic Melanchton cenſebat ipſos Scythas dici quaſi *Schieters*, id eſt, jaculatores; quod arcu & jaculandi peritiâ præſtarent. Unde cuidam ex illis Toxaris nomen affingit Lucianus; idemque affirmat in dialogo qui præfert nomen Toxaris: Τοξεύειν ἀγαθοὶ οἱ Σκύθαι. Quin & ipſummet Græcum nomen βιὸς *arcus*, à Scythico fluxiſſe potuit, dempto *alpha* præfixo, quod uſu venit in linguis. Sic ex Græco ἀμέλγω formatur latinum *mulgeo*, ex ἄρουρα, *rus rura*, obſervante etiam Joſepho Scaligero ad Varronem. Ex ἀμάω, ἀμητὸς, derivatur *meſſis* & *meto*. Sic Græci ipſi dicunt ἀμαυρόω & μαυρόω. Per aphæreſin Ionibus uſitatam tollitur ε, in κεῖνος ex ἐκεῖνος. Dicitur ὀρτὴ pro ἑορτή; μοῦ, μοὶ, pro ἐμοῦ, ἐμοί. Quin & conſonantes tolluntur, ut ἴδειν pro λείδειν, & ἰνὸς pro δεινός. Quibuſdam gallicum *boutique* ex græco ἀποθήκη derivatur.

2 Τό. Lege τῷ pro τό.

3 Νηΐς. Il. Z. 22.

Ἄβαντες. Οἱ Εὐβοεῖς.

Ἀβυδόθεν. Ἐξ Ἀβύδου. Ἔστιν δὲ πόλις [1] Τρωϊκή.

Ἀγροιῶται. Ἄγροικοι·

Νήϊοι [2] ἀγροιῶται, ἐφημέριοι [3] φρονέοντες.

Ἀγαπήνορος. Ὅτ' ἂν ὄπιθεν, ἀγαπωῦντος τὸν ἠνορέην·

Μηριόνης [4] θεράπων ἀγαπήνορος Ἰδομενῆος.

Ἔστι δὲ καὶ κύριον ὄνομα·

Τῶν [5] ἦρχ' Ἀγκέοιο [6] παῖς κρείων Ἀγήνωρ.

Ἀγός. [7] Ἡγεμών, ἀπὸ τοῦ ἄγειν τὰς στρατιάς.

Ἀγλαΐας. Τὰς καλλονὰς καὶ τὰς κόσμους·

[8] Ἀγλαΐας [9], τὰ νῦν γε μὴ δμωῇσι πέπασαι.

Καὶ ἐνικῶς·

Ἀγλαΐην [10] δὲ ἔμοιγε θεοὶ δόσαν Ὄλυμπον ἔχουσιν
Ὤλεσαν. ——

Ἔστι δὲ καὶ Ἀγλαΐη κύριον ὄνομα·

[11] Νηρεὺς [12] Ἀγλαΐης υἱὸς Χαροπῶπος ἄνακτος.

---

[1] Τρωϊκή. Hinc firmatur clariſſimi Alberti conjectura qui in Heſ. pro ὄνομα πόλεως Καρίας legit Τρῳάς. Il. Δ. 500. Ὅς ῥ' ἐξ Ἀβυδόθεν ἦλθε παρ' Ἱππακα καὶ ἀκεάων. Muſæus de Herone & Leandro:

Σηστὸς ἔην καὶ Ἄβυδος ἐναντίον· ἐγγύθι πόντου
Γείτονες ἧσι πόληες. —

[2] Νήϊοι. Od. Φ. 85.

[3] Ἐφημέριοι. Lege ἐφημέρια, ut apud Homerum. Ἀγροιώτας occurrit in Herculis ſcuto, verſu 39:

Οὐδ' ὅγ' ἐπὶ δμῶας καὶ ποιμένας ἀγρονόμους.

[4] Μηριόνης. Il. Ψ. 113.

[5] Τῶν. Il. B. 608.

[6] Ἀγκέοιο. Verſum corruptum ſic lege, ut apud Homer.

Τῶν ἦρχ' Ἀγκαίοιο παῖς κρείων Ἀγαπήνωρ,

pro Ἀγήνωρ. Idem ex Heſ. mendum tolle in vocem ἀγάνωρ. Scilicet hæ voces ſcribebantur per compendium, quod poſtea

Ἄβαντες.

Ἄβαντες. Euboœenſes.

Ἀβυδόθεν. Ex Abydo. Eſt autem urbs Trojana.

Ἀγροιῶται. Ruſtici:

Stulti, ruſtici, in diem cogitantes.

Ἀγαπήνορος. Quando eſt adjectivum; denotat amantem fortitudinis:

Meriones miniſter amantis fortitudinem Idomenei.

Eſt autem & nomen proprium:

His imperabat Ancæi filius rex Agapenór.

Ἀγός. Dux. Derivatur hoc nomen ex ἄγειν, *id eſt* ducere ſubditos.

Ἀγλαΐας. Veneres, ornamenta:

Veneres quibus nunc inter ancillas ornata es.

Et in ſingulari numero;

Pulchritudinem enim mihi dii qui Olympum habitant
Perdiderunt. ———

Eſt autem & nomen proprium:

Nireus Aglaiæ filius Charopique regis.

---

librarii aſſequuti non ſunt. Docet Heſ. quoſdam per ἀγαπήνως intelligere φιλόξενος.

7 Ἀγός. Æſchylus in Suppl. 256:

Ἡ τηξονίερᾶ ῥάβδον, ἣ πόλεως ἀγόν.

& 911, Ἰὼ πόλεως ἀγοί. In urbe Perge, mulier Dianæ ſacerdos vocabatur ἀγός; quod derivarem ex hebraico חג, *hag*, feſtum, ſacrificium feſtivum. Arabice *hagga* profectus fuit ad ædem Meccanam, feſtum ejus & ſolemnia ſacra celebrandi ergo, eaque ſacra obivit.

8 Ἀγλαΐας. Od. T. 82.

9 Ἀγλαΐας, τ. Hodie ſic legitur verſus:

Ἀγλαΐην τῇ νῦν γε μετὰ δμωῇσι κέκασται.

Sed fortaſſe τῇς ponendum cum *iota* ſubſcripto; & erit varians lectio ἀγλαΐας τῇς, pro ἀγλαΐην τῇ, in ſingulari. Heſiodus, in Herculis ſcuto, ſi tamen illius eſt, verſu 285:

— Πόλιν Θαλίαι τε χοροί τε
Ἀγλαΐαι τ' εἶχον. —

Heſ. explicat ἀγλαΐαι per τρυφαί, quod verſui Homeri ſupra laudato apprime convenit.

10 Ἀγλαΐην. Od. Σ. 179.

11 Νηρεύς. Il. B. 672.

12 Νηρεύς. Ἀγλαΐης. Sic lege verſum:

Νιρεὺς Ἀγλαΐης θ' υἱὸς, Χαροπσοιό τ' ἄνακτος.

Ἀγορεύειν. Κυρίως μὲν, ἐν ἐκκλησίᾳ λέγειν· καταχρηστικῶς δὲ, ψιλῶς [1] τὸ λεγόμενον.

Ἄγχοῦ. Ἐγγύς.

Ἀγορά. Ἡ ἐκκλησία· τὸ πλῆθος, καὶ ὁ τόπος, καὶ τὸ [2] συνάθροισμα.

Ἄγλαά. Καλά· ἀπὸ τοῦ ἄγλην, τὰ λαμπρά. ἢ κατὰ μετάθεσιν· ἀγλαὰ, ἐφ' οἷς ἄν τις [3] ἀγλαθείη.

Ἄγυρις. [4] Συναγωγὴ, ἡ ἄθροισις εἰς ταυτό.

Ἀγελαίην. [5] Ἄρειον, ἀδάμαντον.

Αὐτὰρ [6] Ἀθηναίῃ γλαυκώπιδι βοῦν ἀγελαίην.

Ἀγέλαστά. Οὐ γέλωτος ἄξια, ἀλλ' οἷον ἀγανακτήσεως.

Δεῦθ' [7] ἵνα ἔργ' ἀγέλαστα καὶ οὐκ ὀπέικτα ἴδηαι.

ἔνιοι δὲ, γέλωτος [8] ἄξια. βέλτιον δὲ τὸ πρῶτον.

Ἀγκυλομήτεω. [9] Ἐπὶ τοῦ Κρόνου, καθ' Ὅμηρον. τοῦ δυναμένου καὶ τοὺς ἀγκύλων καὶ σκολιῶν εὖ βουλεύεσθαι.

Ἀγκύλον. [10] Σκολιόν.

---

[1] Ψιλῶς. De Penelope, Od. p. 505: Ἡ μὲν ἄρ' ὣς ἀγόρευε μετὰ δμωῇσι γυναιξίν. Hesiodus in operibus, versu 278:

— Εἰ γάρ τις κ' ἐθέλῃ τὰ δίκαι' ἀγορεύειν.

[2] Συνάθροισμα. Apud Thessalos portus quoque vocabatur Ἀγορά.

[3] Ἀγλαθείη. Sic non esset metathesis. At lege ἀγαλθείη; ut in vocem ἄγαλμα dixit: ἄγαλμα, πᾶν ἐφ' ᾧ τίς ἀγάλλεται. Il. A. 23:

— Ἀγλαὰ δέχθαι ἄποινα.

In Hesiodi operibus 335:

— Ἐπὶ δ' ἀγλαὰ μηρία καίειν.

[4] Ἄγυρις. Dicitur quoque apud Hes. ἀγαρρὶς & ἀγορρίς. Ἄγυρις est Æolicum pro ἀγορά. Od. Γ. 31:

Ἵξον δ' ἐς Πυλίων ἀνδρῶν ἄγυριν τε θέμιν τε.

Euripides in Iphigeniâ in Aulide 753: Ἄγυρις Ἑλλάνων στρατιᾶς.

Ἀγορεύειν. Proprie quidem, in concione dicere; at improprie, quidquid ſimpliciter dicitur.

Ἀγχοῦ. Prope.

Ἀγορά. Concio, multitudo, locus, & ipſamet populi congregatio.

Ἀγλαά. Pulchra; ſplendida, ob ἄιγλην, *id eſt* ſplendorem: aut per metatheſin ἀγλαὰ, quibus aliquis tanquam ornamentis ſuperbiat, ex ἀγάλλω, orno.

Ἄγυρις. Conventus; collectio & congregatio in unum.

Ἀγελαίην. Dimiſſam ac ſolutam, indomitam:

Sed Minervæ glaucos oculos habenti bovem indomitam.

Ἀγελαστά. Quæ non riſum movent, ſed indignationem:

Huc agite, venite, ut opera ſane riſum non moventia, intolerabilia videatis.

Quidam vertunt, digna quæ riſu excipiantur. Prior autem ſenſus potior.

Ἀγκυλομήτεω. De Saturno apud Homerum legitur, quaſi de eo qui poſſit in rebus intricatis & impeditis bene conſulere; ex ἀγκύλος tortuoſus, & μῆτις conſilium.

Ἀγκύλον. Tortuoſum.

---

5 Ἀγελαίην. Heſ. explicat ἄφελον, νεμεσήτην, & alibi κληνώδη.

6 Αὐλάρ. Il. Δ. 728.

7 Δεῦθ'. Od. Θ. 307.

8 Γέλωτος. Confundit hîc Apollonius duas diverſiſſimas lectiones. Alii legunt ἔργ' ἀγίλαστὰ, opera riſum non moventia: quæ eſt antiqua lectio ab Euſtathio ſervata & longe præferenda. Hodie vero extat, ἔργα γελαστὰ, opera ridicula; quod nimiæ eſſet in Vulcano ſemperlenitatis, ſi ſuum ipſe dedecus irrideret. At fortaſſe Apollon. per ἀγελαστὰ intelligit, valde ridicula; & ſic eſſet *alpha* intenſivum.

9 Ἀγκυλομήτεω. Apud Heſiodum ſic vocatur Prometheus in operib. verſu 48:

Ὅτλί μιν ἐξαπάλησε Προμηθεὺς ἀγκυλομήτης.

10 Ἀγκύλον. Il. Z. 39: ἀγκύλον ἄρμα. Dicitur & ἀγκλὸν, teſte Heſ.

Ἀγοστόν. Ἀγκῶνα. τὸ ὑγιὲς [1], τὸ ἐνὸς τῆς χειρῶν, ἢ βραχίονων. τούτοις δὲ τοῖς μέρεσι προσαγόμεθα πρὸς ἑαυτὸς, ὃ ἐὰν βουλώμεθα. διό φησι·

——— Ἕλε [2] γαῖαν ἀγοσφι.

τοῦτο τὸ μέρος, οἱονεὶ ὁ ἀγκὼν, ὁ ἄγων· τοῦ Κ πρὸς τὸ Τ συγγένειαν ἔχοντος. ἄλλοι δὲ, ἀγοσὸς, ἀγκών. ὡσὰ τὸ ἄγαν ὀσώδης εἶναι.

Ἀγάασθαι. Ἐπὶ μὲν τοῦ θαυμάζειν·

Ὡς [3] σὲ γύναι ἄγαμαί τε, τέθηπά τε, δείδιά τ' αἰνῶς.

ὅτε δὲ τοῦ φθονεῖν·

[4] Ἐξείπω, καὶ μήτι [5] κότῳ ἀγάσησθε ἕκαστος.

ὅτε δὲ τοῦ ζηλῶν·

Ὡς [6] δ' αὖ νῦν μοι ἀγάασθε [7] θεοὶ βροτὸν ἄνδρα πάσεῖναι.

Ἄγη. Θάμβος, ἢ [8] καταπληξις·

——— Ἄγη [9] μ' ἔχει· οὐκ ἂν ἔμοιγε
Ἐλπομένῳ τὰ γένοιτ', οὐδ' εἰ θεὸς ὣς ἐθέλοιεν.

Ἀγαπαζόμενοι. [10] Ἀγασσῶσαι·

——— Κύνεον [11] ἀγασσαζόμεναι. ———

---

[1] Ὑγιές. Nihil certe minus ſanum quam illud ὑγιές. Legendum τὸ ἀγὲς, quod ab Heſ. quemadmodum & ab Apollonio definitur: τὸ ἔνὸς τῆς χειρῶν ἢ βραχιόνων. Apud eumdem ἄγος, ſignificat τὸν ἀγκῶνα.

[2] Ἕλε. Il. Δ. 425.

[3] Ὡς σέ. Od. Ζ. 168.

[4] Ἐξείπω. Il. Ξ. 111.

[5] Ἐξείπω, καὶ μήτι. Ante legitur:

Ἐγγὺς ἀνὴρ· ὃ δηθὰ μαλδύσομαι, αἴ κ' ἐθέλῃσι

Ἐξείπω, καὶ μήτι.... —

Pro ἐξείπω in impreſſis hodie legitur, πείθωμαι; quæ lectionis varietas eſt ſe-

Ἀγοστόν. Cubitum. Idem quod ἀγκὼν, *id eſt* ea quæ ſunt intra manus & brachia. Hiſce enim partibus ad nos adducimus quidquid volumus. Ideo dicit:

——— *Terram cepit* ἀγοστῷ, id eſt, *paſſis ulnis.*

Hæc pars vocatur tanquam ἀγκὼν, ſcilicet adducens, ex verbo ἄγειν, quod eſt ducere: nam K habet magnam affinitatem cum T. Alii volunt ἀγοστὸς idem eſſe quod ἀγκών; & ſic dici, quod ſit valde oſſeus, ex ἄγαν *valde*, & ὀστέον *os*.

Ἀγάασθαι. Quando accipitur pro admirari:

Sic te, mulier, admiror, obſtupeo, & vereor nimis.

Pro invidere:

Dicam, & ne quid irâ invideatis unuſquiſque.

Sumitur & pro ægre ferre quod aliquis eâ re potiatur quam nos concupiſcimus:

Sic rurſum mihi invidetis zelotypiâ percuſſi dii mortalem virum adeſſe.

Ἄγη. Stupor, & perculſio mentis attonitæ:

——— *Stupor me tenet, neque mihi*
Speranti ea contingerent; neque ſi dii ſic vellent.

Ἀγαπαζόμενοι. Amantes; amplectentes:

——— *Oſculabantur amplectentes.* ———

---

dulo notanda. Sic Il. I. 61:

Ἐξείπω, καὶ πάντα δίξομαι· ἀδύ τι τίς μοι
Μῦθον ἀτιμήσει. —

6 Ὡς δ'. Od. E. 129.

7 Ἀγάασθε. Lege ἄγασθε, ob metrum.

8 Κατάπληξις. Addit Heſ. ἄγη apud Tragicos notare τιμὴν, σεβασμόν.

9 Ἄγη. Od. Γ. 227.

10 Ἀγαπαζόμενοι. Lege ἀγαπαζόμεναι.

11 Κύπτον. Od. P. 35.

Ἀγαπαζόμεθα. Ἡλιόδωρος, ἄγαν προσεκείμεθα·

Ἀλλ' [1] ὅτε [2] δὴ πάντες ἀγαπαζόμεθ' ἐξερέοντες.

Ἀγάῤῥοος. Ἄγαν ῥοώδης.

Ἀγκάζοντο. Ταῖς [3] ἀγκάλαις·

——— Ἦ ῥ' ὑπὸ [4] χθονὸς ἀγκάζοντο

Ὑψι μάλα μεγάλως. ———

καί·

Ἀγκὰς [5] ἀλλήλων λαβέτην χερσὶ σιβαρῇσι.

καί·

Ἦ ῥὰ [6], ἡ ἀγκὰς ἔμαρψε Κρόνῳ παῖς ἦν ὠδάκοιτιν.

ὅθεν ἡ τὰς ἀγκάλας, ἀγκαλίδας [7] λέγομεν·

——— Ἐν [8] ἀγκαλίδεσσι τιθήνης.

καὶ τὸ φορτίον τῶν ξύλων, ἀγκαλὶς λέγεται καὶ τὴν ἡμετέραν συνήθειαν.

Ἄγχι σχὼν [9] κεφαλήν. Ἔγγυς ἔχων τὴν κεφαλήν.

Ἀγανόφρων. Οἷον [10] προσηνής. ἄγαν ἀνόφρων τὶς ὢν, ἄγαν ἀνελός.

Ἀγκοῖναι. Ἀγκάλαι·

——— Ἐν [11] ἀγκοίνησιν ἰαύειν.

---

1 Ἀλλ'. Od. K. 249.

2 Ἀλλ' ὅτε. Sic legitur versus apud Homerum:

Ἀλλ' ὅτε δή μιν πάντες ἀγαστάμεθ' ἐξερέοντες.

